errare. ſicut in hoc oē totum eſt mai⁹
ſua parte. vel nulli iniuriā eē faciēdaꝫ
In aliis aūt hūanis cognitioīb⁹ ma
gis pticularib⁹: ſiue ptineāt ad ptem
ſenſitiuā: ſiue ad rōnē inferiorē: q̄ ɔſi
derat hūana: ſiue ad rōnē ſupiorem:
q̄ cōſiderat diuina: pōt multipliciter
error accidē. Maīfeſtū ē aūt ꝙ ī ap-
plicatiōe multaꝝ ɔgnitionū ad actū
ꝓuenit error: q̄cūꝗ ɔgnitionū fuerit
erronea. ſicut pꝫ ꝙ falſitas accidit in
concluſione quecūꝗ premiſſorū fue
rit falſa. Sic ergo licꝫ in cognitione

p̄moꝝ p̄ncipioꝝ iuris nālis nō ſit error. tñ q꞉ in alijs p̄ncipijs iuris humani vel diui pōt error accidere. iō ꝯſciā hoīs errare pōt: ſicut pꝫ ꝙ hereticꝰ: q̇ hꝫ cōſciam nunquam iurandi habet conſcientiā erroneā. ꝑpter hˀ ꝙ credit oē iurāmētū eē ꝯ̄ p̄ceptū dei. lꝫ in hoc nō erret ꝙ eſtimat nihil eē faciendū cōtra p̄ceptū diuinum. Ad p̄mū ğ dō ꝙ p̄ncipia particularia hn̄t v̄tutē cōcludēdi ex p̄mis p̄ncipijs vniuerſalibus. vñ cōcluſio attribuitur p̄ncipaliter p̄mis p̄ncipijs: ſicut effectꝰ cauſe p̄me. ⁊ eadē rōe: q꞉ v̄tus cōſciē p̄ncipaliter depēdet ex p̄ncipijs iuris nāl: ſicut ex p̄mis ⁊ ꝑ ſe notis p̄ncipaliter cōſciā dr̄ lex nālis: vel etiā nāle iudicatoriū. vnde pꝫ ſolutio ad ſecūdū.

Articulus. 27.

Ad ſcḋm ſic ꝑceditur. Videt̄ ꝙ cōſciētia erronea nō liget ad peccatū. Ut enim aug. dicit 22. cōtra Fauſtū. Omne peccatū ē cōtra legē eternā: que eſt lex dei. Sed quādoq̄ cōſciā errās ꝓhibet id qḋ nō eſt cōtra legem dei: ſicut pꝫ in hereticis q̇ cōſciā erronea prohibēte nolūt iurare nec comedere carnes aut bibere vinum. Nō ergo eſt eis peccatū ſi cōtra cōſciam hoc faciāt. ⁊ ita ꝯſcientia erronea nō obligat ad peccatū. Preterea ꝯſciā erronea qñq̄ dictat hoī ꝙ faciat id qḋ ē cōtra legem dei: ſicut heretico ſua cōſciētia erronea dictat ꝙ p̄dicet contra fidē catholicam ſed faciēdo contra legē dei peccat mortaliter. Si ergo etiā faciēdo ꝯ̄ ꝯſciāꝫ erroneam peccaret mortaliter: ſeq̄ret̄ ꝙ vtrobiq̄ eēt peccatū: ſiue p̄dicaret ꝯ̄ legē dei ſiue nō. ⁊ ita eēt ꝑplexꝰ: qḋ videt̄ eē incōueniēs: q꞉ ſeq̄ret̄ ꝙ non patēt ei via ſalutꝭ: cū tamē oibꝰ pateat ꝑ pnīam i hac vita. Nō ergo cōſcientia erronea ligat. Sꝫ ꝯ̄ ē ꝙ ad ro. 14 ſuꝑ illud. Oē qḋ nō ē ex fide peccatū ē dicit glo. ꝙ q̇ facit ꝯ̄ cōſciam edificat ad iehēnā. Rñ dō ꝙ cū actꝰ recipiat ſpēm ab obiecto: nō recipit ſpēm ab eo ſcḋm mām obiecti: ſꝫ ſcḋm rōnē obiecti. ſicut viſio lapidis nō recipit ſpēm a lapide: ſed a colorato: qḋ eſt ꝑ ſe obiectū viſus. Ois aūt actus humanꝰ hēt rōnē peccati vel meriti inq̄tum ē voluntarius. obiectum aūt volūtatis ſcḋm ꝓpriam rōnē ē bonū app̄henſum ⁊ iō actus hūanus iudicat̄ v̄tuoſꝰ: vl̄ vitioſus ſcḋm bonū app̄henſum in: qḋ ꝑ ſe volūtas fertur: ⁊ nō ſcḋm māle obiectū actus. ſicut ſi aliq̇s credēs occidere patrem occidat ceruum: incurrit patricidij peccatum: ⁊ ecōtrario: ſi q̇s venator putans occidere ceruū: debita diligētia adhibita: occidat caſualiter patrē: īmunis eſt a patricidij crīe. Si ergo aliq̇d ſcḋm ſe nō eſt ꝯtra legē dei: vt leuare feſtucaꝫ de terra vel iurare apprehēdatur errante conſciētia. vt cōtra legē dei exiſtens. ⁊ ſic voluntas in ip̄m feratur: manifeſtum eſt ꝙ volūtas fertur ꝑ ſe loquendo ⁊ formaliter in id quod eſt contra legem dei. māliter aūt in id qḋ nō ē cōtra legēꝫ dei: īmo forte in id qḋ eſt ſcḋm legēꝫ dei. ⁊ iō manifeſtum eſt ꝙ ē ibi contēptus legis dei. ⁊ ideo neceſſe eſt ꝙ ſit ibi peccatū. Et iō dicēdū eſt ꝙ ois cōſciētia ſiue recta ſiue erronea: ſiue i ꝑ ſe malꝭ: ſiue ī īdifferētibꝰ ē obligatoria

itaq̧ q̄ ꝯ̄ ꝯſciāʒ facit peccat. Ad pri
mū ꝙ ꝗ lʒ hereticus q̄ iurat ꝯſciā erro
nea ꝯ̄dicēte mālit̄er loq̄ndo n̄ faciat ꝯ̄
legē dei. tn̄ formalr̄ loquēdo ꝯ̄ legē di
facit. vt oſtenſum ē. Ad ſcḋm dicēduʒ
ꝗ ſi alicui dictat cōſcientia vt faciat
illud qḋ ē cōtra legē dei ſi non faciat
peccat. ⁊ ſimiliter ſi faciat peccat: q̄a
ignorantia iuris nō excuſat a peccato
niſi forte ſit ignorantia inuincibilis.
ſicut ē in furioſis ⁊ amētibus: que oīo
excuſat. nec tamē ſeq̄tur ꝗ ſit pplexus
ſimpl'r ſȝ ſm q̄d. pōt enī erroneā ꝯſciāʒ
deponere. ⁊ tūc faciens ſcḋm legem
dei nō peccat. Nō eſt aūt incōueniēs
ꝗ aliquo poſito aliquis homo ſit per
plexus: ſicut ſacerdos qui tenet̄ canta
re: ſi ſit in peccato peccat cantando: ⁊
nō cantando. nec tamē eſt ſimpliciter
perplexus: quia pōt penitētiā agere: ⁊
abſq̧ peccato cātar̄. ſicut et̄ ī ſilogiſti
cis: vno quodā incōueniēti dato: alia
contingūt. vt dr̄ in p̄ phyſicorum.

Deinde q̄ſitum ē de penitētia
Et circa hoc q̄ſita ſūt duo.
Primo vtrum ſi aliq̄s ſacer
dos penitēti dicat quicquid boni fece
ris ſit tibi in remiſſionem peccatorū
ſit ſatiſfactio ſacr̄alis. Secūdo vtꝝ
ei qui ꝑtermiſit diuinū officiū dicere
cum teneretur ad ipſum poſſit impōi
alia penitētia pro tali omiſſiōe: vl' ſit
ei imponēdum ꝗ iteret qḋ omiſit.

Articulus. 28.

Ad p̄mū ſic ꝓceditur. Videt̄:
ꝗ predicta ſatiſfactio nō ſit
ſacramētalis. Sacr̄alis enīʒ
ſatiſfactio ad aliquid ligat. Sed ille:
cui p̄dict⁹ mod⁹ ſatiſfactiōis indicitur
ad nihil ligat̄. ꝙ videt̄ ꝗ nō ſit ſacr̄a
lis ſatiſfactio. Sʒ ꝯ̄. Illa videt̄ eē
ſacr̄alis ſatiſfactio: q̄ ꝑfecta ad nihil
aliud hō tenet̄. Sʒ penitēs cui ſic ſat̄
factio iniūgit̄ a ſacerdote nihil aliud
tenet̄ ſimplr̄: cū nihil ſit aliud ſibi mā
datū. ꝙ hi⁹ ſatiſfactō ē ſacramentalis
Rn̄⁹ dicēdū ꝗ hic ē q̄druplici diſtin
ctione vtendum. Primo eniʒ conſide
randum eſt ꝗ peccator eſt debitor ali
cuius ſatiſfactionis dupliciter. Uno
modo ex iniūctione ſacerdotis. Alio
modo ex peccato cōmiſſo. vnde ſi ꝯtin
gat ꝗ ſacerdos minorem ſatiſfactio-
nē imponat penitēti ꝗ̄ ſit illa ad quā
obligat̄ ex q̄ntitate ſui peccati ſubtra
cto eo qḋ remittitur virtute clauium:
⁊ cōtritiōis precedētis. nihilomin⁹ pe
nitens ad aliq̄d vlterius obligatur:
qḋ ſi in hac vita non ꝑficiet in purga
torio exoluet. ⁊ ecōuerſo. ſi ſacerdos ī-
ponat maiorem pn̄iam ꝗ̄ penitēs fa-
cere teneatur penſata remiſſione: que
eſt facta per vim clauium ⁊ contritio
ne precedēte: nihilominus penitens
tenet̄ facere quod ſibi iniunctū ē ſi aſ
ſit facultas. Scḋo cōſiderādum ꝗ
op⁹ qḋ q̄s facit ex iniūctōe ſacerdotis
duplr̄ valet penitēti. vno modo ex nā
operis. alio modo ex vi clauium. Cuʒ
enim ſatiſfactio a ſacerdote abſoluen
te iniuncta ſit pars penitentie mani-
feſtum eſt ꝗ in ea operatur vis claui
um. ita ꝗ amplius valet ad expiāduʒ
peccatum ꝗ̄ ſi ꝓprio arbitrio homo fa
ceret idem opus. Tertio cōſiderādū
ē ꝗ ſatiſfactō ad duo valet: Valet. n.
ad expiationem culpe preterite / valet
etiam ad cautelam culpe future. ſi-

cut cũ hõ ieiunat p h̃ pbet̃ ei remedi
um cõtra futuras ꝯcupiſcẽtias carnis
Jtẽ quarto cõſiderãdũ ẽ ꝙ ſacerdos
põt penitẽti ſatiſfactionẽ iniũgere vł
ex ꝓprio arbitrio vel etiã ex cõſilio ali
eno. Eſt ergo dicẽdum ꝙ ſicut põt ſa
cerdos iniũgere ſatiſfactionẽ peniten
ti ex arbitrio alieno; ita ⁊ ex arbitrio
ipſius penitẽtis. ſicut ſi dicat. facias
hoc ſi potes;⁊ ſi nõ potes facias hoc
⁊ ſimile videtur cum ſacerdos dicit.
Quicquid boni feceris ſit tibi in re-
miſſionẽ peccatoꝝ. videtur autẽ ſatis
cõueniens ꝙ ſacerdos non oneret pe
nitentẽ graui pondere ſatiſfactionis;
quia ſicut puus ignis a multiſ lignis
ſuppoſitis ꝺ̃ facili extinguitur. ita poſ
ſet contingere ꝙ paruus affectus cõ-
tritionis in penitẽte nuper excitatus;
propter graue onus ſatiſfactionis ex
tingueretur:peccatore totaliter deſpe
rante. Unde melius ẽ ꝙ ſacerdos pe
nitenti indicet quanta penitẽtia eſſet
ſibi pro peccatis iniungẽda; ⁊ iniun-
gat ſibi nihilominus aliq̇d ;quod pe
nitẽs tolerabiliter ferat ex cuiꝰ imple
tione aſſuefiat vt maiora impleat. q̃
etiã ſacerdos ſibi iniũgere non atten
taſſet. ⁊ hec que preter iniũctionez ex-
preſſam facit;accipiunt maiorez vim
expiationis culpe preterite ex illa ge-
nerali iniũctiõe; qua ſacerdos dicit;
quicquid boni feceris ſit tibi in remiſ
ſionem peccatorum. Unde laudabili
ter conſueuit hoc a multis ſacerdoti-
bus dici:lʒ non habeant maiorẽ vim
ad prebendum remedium contra cul
pam futurã;⁊ quãtum ad hoc talis ſa
tiſfactio eſt ſacramentalis inquãtum

virtute clauiũ ẽ culpe cõmiſſe expiati
ua. Et p h̃ patet reſpõſio ad obiecta.

Articulus. 29.

AD ſcḋm ſic ꝓceditur. Videt̃ ꝙ
ei qui omiſit dicere diuinum
officiũ ſit iniũgẽdũ ꝙ itera-
to dicat. Qui enĩ tenet̃ ad aliqꝺ̃ debi
tũ ſpũale implẽdũ nõ põt liberari ni-
ſi idẽ debituʒ ſoluat. Si g̃ aliq̇s tene
batur ad hoc debitũ; vt. ſ. diuinũ offi-
ciũ dicẽt;videt̃ ꝙ non poſſet abſolui;
niſi hoc debitũ ſoluat. Sʒ ꝯ̃ ẽ ꝙ pe-
nitẽtie ſunt arbitrarie. g̃ p peccato ta-
lis omiſſiõis q̃cunq; pẽa ſcḋm arbitriũ
ſacerdotis põt impõi. Rᵒ dı̇ ꝙ i di
diuino officio ẽ hoc cõmune qꝺ̃ perti
net ad laudẽ dei ⁊ ad ſuffragiũ fideli
um. Sed diſtinguitur vnũ officium
ab alio ſcḋm diuerſitatẽ tẽporum ⁊ loco
rum. Rõnabiliter enĩ inſtitutum ẽ vt
diuerſimode deus laudet̃ ſcḋm ꝯgruen
tiã tpoꝝ̃ ⁊ locorum. ⁊ ideo ſicut in of
ficijs diuinis exoluendis obſeruanda
ẽ congruitas loci:ita etiam ꝯgruitas
tpis;q̃ quidem obſeruari non poſſet;
ſi oporteat iniũgere omittẽti ꝙ horas
diceret quas omiſit. Forte eniʒ in cõ-
pletorio diceret. Jam lucis orto ſyde
re. ⁊ in tempore paſcali dicẽt officium
dominice paſſionis quod cẽt abſurdũ
⁊ iꝺ̃o nõ videt̃ eẽ iniũgẽduʒ ei ;q̇ omi
ſit diuinum officium ꝙ horas eaſdeʒ
repetat;ſed aliquid ad diuinam lau-
dem ꝑtinens. puta vt dicat ſeptẽ pſal
mos;vel vnum pſalterium:vel aliq̇d
amplius ſcḋm quantitatem delicti.
Ad illud vero qꝺ̃ in contrariũ obij-
citur dicẽdum vt tempore debito offi
cij pretereũte iam eſt impotens ad

ſoluendum tēpore debito. ⁊ iō q: h̄ nō
poteſt facere iniūgēda ē ei alia pnīa.

Deinde queſitū eſt de creatu
ra pure corpali. Et circa hoc
queſita ſunt duo. Primo de
arcu nubiū q̇ dr̄ iris vtrū ſit ſignū di
luuij nō futuri. 2ᵒ vtrū poſſit demō
ſtratiue pbari q̄ mūdꝰ nō ſit eternꝰ.

Articulus. 30ꝰ.

Ad primū ſic proceditᷣ. Uide
tur q̄ arcus nubiū nō ſit ſi
gnū diluuij nō futuri. Jllud
enī qd̄ fit ex neceſſitate nature nō vi
detᷣ eſſe inſtitutū ad aliquid ſignificā
dum. arcus nubiū prouenit ex neceſſi
tate ppter oppoſitionem ſolis ad nu
bem roridā. ḡ non videtᷣ eſſe ſignifi
catiuū diluuij non futuri. Preterea
huius apparitiones aeris ſicut iris ⁊
halo .i. circulus cōtinens ſolē ⁊ lunā
⁊ alia hꝰ cauſantᷣ precipue ex vapori
bus humidis in aere exn̄tibus ex q̇bꝰ
ſequūtur pluuie que diluuiū faciūt. ḡ
apparitio iridis magis eſt ſignum di
luuij futuri q̄ꝫ diluuij non futuri. Pre
terea ſi eſt ſignum diluuij nunquam
futuri: aut eſt ſignum diluuij nunquā
futuri: aut eſt ſignū diluuij non futu
ri vſqꝫ ad aliquod tp̄s. Si āt ē ſignū
diluuij nunq̄ꝫ futuri: non oportuiſſet
q̄ appareuiſſet niſi ſemel. Si autē di
luuij non futuri vſqꝫ ad aliqd̄ tempus
oporteret tēpus eſſe determinatū. qd̄
quidem determinari non pōt nec au
ctoritate ſcripture: nec rōne humane
ergo fruſtra hꝰ ſignū datᷣ. Sed cō
tra eſt quod dr̄ gn̄. 8. Arcū meū po
nam in nubibus ⁊ erit ſignū federis
inter me ⁊ inter terram. ⁊ poſtea ſub
ditᷣ: ⁊ nō erunt vltra aque diluuij ad
delendū vniuerſam carnē. Rᵒ. dd̄
q̄ in his que in veteri teſtō dicuntur
primo quidē obſeruāda eſt v̇itas litte
ralis. Sed q: vetus teſtamentū eſt fi
gura noui: plerūq̄ꝫ ī veteri teſtamēto
ſic aliqua pponuntᷣ vt ipſe modus lo
quēdi aliquid figurari deſignet. Dicē
dum eſt ḡ q̄ q: cauſe rerū multis ſūt
latētes. effectus aūt ſunt manifeſtio
res: pponuntur effectꝰ in deſignatio
ne cauſarum. Eſt autem ꝯſiderandū
q̄ pluuiarū cā efficiens quidē eſt ſol.
mālis vero vapor humidus eleuatus
ex terra ⁊ aquis p v̇tutem ſolis. hec āt
duo ī triplici diſpoſitione ſe pn̄t habe
re. Qn̄qꝫ enī calor ſolis oīo ſupuincit
vapores ⁊ exiccat eos: ⁊ tūc pluuie ſeq̇
nō poſſunt. vnde in egypto ⁊ in ter
ris multum calidis non ſunt pluuie
Jn eſtate etiam ppter propinquita
tem ſolis ſūt pluuie rariores ī hyeme
v̇o frequentiores. Qn̄qꝫ vero ecōtra
rio virtus ſolis ad hoc vſqꝫ valet. q̄
vapores multiplicat. ſed tm̄ nō poteſt
eos deſiccare. ⁊ tunc ſuperabundant
pluuie. ⁊ eſt ratio diluuij aquarum.
Qn̄qꝫ vero medio modo ſe hꝫ. vt ſcꝫ
v̇tus ſolis non ſolum operetur ad ele
uationē vaporū: ſed etiā hꝫ victoriam
ſup eos: vt nō tm̄ multiplicētᷣ q̄ dilu
uium inducere poſſint. neqꝫ etiā va
pores omnino deſiccentur: ⁊ pluuia n̄
ſequatur. ⁊ ex hac media diſpoſitio
ne vel comparatione ſolis ad vapo
res cauſatur iris: que non apparet va
poribus omnino deſiccatis: neqꝫ etiā
eis omnino in aere ſuperabundanti
bus: ⁊ iō iris ē ſignū diluuij n̄ futuri

inquantuꝫ ꝓcedit ex tali cauſa: que re
pugnat diluuio. Jō autē ſcriptura ta
li mō loquēdi vtitur, qꝛ ꝑ iridē ſignifi
cať xp̄s: ꝑ quē ꝓtegimur a ſpūali dilu
uio. Ad p̄mū ḡ dō ꝙ iris procedit
nāłr ex talibus cauſis q̄ repugnāt di-
luuio, ⁊ iō ꝯueniēter iris dr̄ eē ſignū
diluuij nō futuri. Ad ſm dō ꝙ iris
pōt ſignificare pluuias: ſ; nō ſuꝑabū
dātes vſq; ad hoc ꝙ faciāt diluuiuꝫ.
Ad tertiū dō ꝙ iris ſemel apparēſ
ſignificat ꝙ tādiu nō erit diluuiū q̄ꝫ
diu ſol ⁊ vapores ī eadē diſpōne ꝯſi-
ſtūt, ⁊ iō nō ē ſuꝑfluū ꝙ freq̄nť appꝫ.

Articulus. 3ꝰ.

AD ſm ſic ꝓcediť. Videť ꝙ
demōſtratiue probari poſſit
mūdū nō eſſe eternū. Si. n.
mūdus eſſet eternus: non poſſet ꝯpu
tari numerꝰ annoꝝ ab initio mundi.
Hic aūt numerus aſcribitur paſcali
cereo. Sic ḡ nō poſſet paſcalis cereꝰ
in eccleſia bn̄dici. Preterea epacte
ꝯputanť ſm excreſcētiā annoꝝ luna
riū ſuꝑ annos ſolares. Sꝫ talis excre
ſcentia ꝯputari non poſſet: ſi mūdus
eſſet eternus. ḡ mūdus nō eſt eternus
ḡ demonſtrari pōt ꝙ mūdus non ſit
eternus. Sed ꝯtra. Jd qḋ eſt fidei
demonſtrari non pōt: quia fides eſt
non apparentiū: vt dr̄ ad heb. xi. Sꝫ
mūdum ex quodā p̄ncipio tēpis eſſe
creatum eſt fidei articulus. Vn̄ ⁊ ꝓ-
phetice a Moyſe dictū eſt. Jn prin
cipio creauit deus celum ⁊ terram. vt
Grego. dicit in prima omeľ. Ezech.
ḡ mundū non eſſe eternum non pōt
demōſtratiue probari. Rꝫº. dō ꝙ ea
que ſimplici voluntati diuine ſubſi-
ſtunt demonſtratiue ꝓbari nō poſſūt
qꝛ vt dr̄. i. ad Coꝛ. 2. Que ſunt dei
nemo nouit niſi ſpūs dei. Creatio āt
mūdi nō depēdet ex alia cā: niſi ex ſo
la dei volūtate. vn̄ ea que ad p̄ncipiū
mundi ꝑtinēt demonſtratiue ꝓbari
nō poſſunt. ſ; ſola fide teneť ꝓpħice ꝑ
ſpūm ſcūm reuelata: ſicut apl̄us poſt
p̄miſſa v̄ba ſubiungit. Nobis autē
reuelauit deus ꝑ ſpūm ſcūm. Eſt aūt
valde cauendū ne ad ea que fidei ſūt
aliq̇s demōſtratiōes adducē p̄ſumat
propter duo. Primo quidem qꝛ in h̄
derogat excellentie fidei. cuius v̄itas
omnē rōneꝫ humanā excedit ſm illḋ
Eccľ. 3. Plurima ſupra ſenſū hōis
oſtenſa ſunt tibi: que aūt demōſtrati
ue ꝓbari poſſunt rōni humane ſbdūt
Secūdo qꝛ cū plerūq; tales rōnes
friuole ſint: dant occaſionem irriſio-
nis infidelibus: dum putāt ꝙ ꝓpter
rōnes hꝰ hꝭ q̄ ſunt fidei aſſentiamꝰ
⁊ hoc expreſſe apparet in rationibus
hic īductis: que deriſibiles ſunt ⁊ nul
lius momenti. Quod enim p̄mo īdu
cit de cereo paſcali non habet robur:
niſi auctoritatis. probare aūt per au-
ctoritatem non eſt demonſtratiue pro
bare: ſ; fidē vel opinionem facē, ⁊ tn̄
multo eſſet validior auctoritas ſacre
ſcripture q̄ꝫ benedictio paſcalis cerei
preſertim cum ſine aſcriptione anno
rum mundi cereus paſcalis benedici
poſſit. Non enim eſt de neceſſitate
paſcalis cerei talis aſcriptio. Vnde
in multis terris non eſt conſuetuꝫ ꝙ
aliquid cereo aſcribať. Quod etiam
2º opponitur deriſibile eſt. non enim
excreſcētie annoꝝ lunariū ad ſolares

ↄputant̄ ab initio mundi; ſ3 ab aliq̄ d̄terminata radice·puta ab aliqua oppoſitione ſolis ⁊ lune·vel ab aliqua coniunctione; vel ab aliquo huiuſmodi; ſicut eſt in omnibus alijs computationibus aſtronomicis,

Incipit quodlibet.4·

Articulus p̄mus.

Q Ueſitum eſt de rebus diuinis ⁊ hũanis. Circa res diuinas queſitũ ē primo de eſſentialib⁹· Secũdo de pſonalib⁹· Circa eſſẽtialia q̄ſitũ eſt. Primo de ſcientia dei· Secundo de eius potentia. Circa ſcientiā queſitum eſt, vtrum in deo ſint plures idee. Et videtur ꝙ ſic. Dicit enī aug. lib·83.q.ꝙ deus ſingula proprijs rõnibus creauit; ⁊ alia rõne hoīem; ⁊ alia rõne equũ· Sed rões rerũ ī mẽte diuina dicunt̄ idee. vt patet per Aug. ibidē.ḡ ſunt plures idee· Preterea ſm h̄ ſunt aliqua diſtincta ꝙ deus earum diſtinctionem cognoſcit· Cognoſcit autem earũ diſtinctionem in ſeipſo.ḡ diſtinctarũ rerum ſunt in d̄o plures ⁊ diſtīcte idee. Sed ꝯ· Omē nomen qd̄ in diuinis dr̄ aut eſt eẽntiale vt deus,aut perſonale vt pater aut notionale; vt generans. Sed hoc nomē idea neq̄ eſt perſonale neq̄ notionale,quia non conuenirer tribus perſonis,ergo eſt nomen eſſentiale,ſ3 nullum eſſentiale multiplicatur in dīnis ergo non poſſumus dicere ꝙ in d̄o ſūt plures idee. R̄ꝰ dicendum ꝙ duplex eſt pluralitas· Una quidem ē pluralitas rerũ,⁊ ſm hoc nõ ſunt plures idee in deo. Nominat enim idea formā exemplarem. Eſt autem vna res que eſt omnium exemplar,ſ.diuina eſſentia;quam omnia imitantur inq̄tum ſunt ⁊ bona ſunt. Alia vero pluralitas eſt ſm intelligentie rationem. Et ſecũdum hoc ſunt plures idee;licet enim omnes res inquantum ſunt diuinam eſſentiam imitentur, nõ tamē vno ⁊ eodem modo omnia imitãtur ipſam; ſed diuerſimode; ⁊ ſecundum diuerſos gradus. Sic ergo diuina eſſentia ſm ꝙ eſt imitabilis;hoc modo ab hac creatura eſt propria rõ; ⁊ idea huiuſmōi creature,⁊ ſimiliter d̄ alijs, vnde ſm hoc ſunt plures idee ſm ꝙ ītelligitur diuina eſſentia ſcd̄m diuerſos reſpectus quos res habent ad ipſam eam diuerſimode imitantes huiuſmodi autem reſpectus non ſolum intelliguntur ab intellectu creato:ſed etiam ab intellectu increato ipſi⁹ dei Scit enim deus; ⁊ ab eterno ſciuit; ꝙ diuerſe creature diuerſimode eẽnt eius eſſentiam imitature,⁊ ſcd̄m hoc ab eterno fuerunt in mente dīna plures idee;ſicut rationes proprie rerum intellecte in deo. Hoc eni3 ſignificat nomen idee;vt ſit ſcilicet quedam forma intellecta ab agente,ad cuius ſimilitudinem exterius opus producere intendit· ſicut edificator in mente ſua preconcipit formam domus; que eſt quaſi idea domus in materia fiende·

Ad p̄mũ ergo dicẽdũ ꝙ aug. intelligit eſſe aliam ⁊ aliam rationē ſcd̄m diuerſitatem reſpectuum;vt dictum ē.

Ad ſecũdũ d̄ð ꝙ cũ dr̄ ſcd̄m hoc

res ſunt diſtincte;ꝑut de⁹ earū diſtin
ctionē cognoſcit,hec locutio ē duplex,
ꝙ enī dr̄ ſcd̄m ꝙ deus cognoſcit pōt
referri ad cognitionē dīnā ex parte co
gniti;vel ex ꝑte cognoſcētis,Si ex ꝑ
te cogniti:ſic vera ē locutio, eſt enī ſē
ſus ꝙ hoc modo res ſunt diſtīcte;ſic
deus cognoſcit eas eſſe diſtinctas,
Si vero referatur ad cognitionez ex
parte cognoſcentis·ſic locutio falſa ē,
erit enim ſenſus ꝙ res cognite illum
modū diſtinctionis habeant in intel
lectu dīno ;quem habeant in ſeipſis;
quod falſum eſt, quia in ſeipſis res
ſunt diuiſe eſſentialiter, non autez in
intellectu diuino,ſicut etiam res in ſe
ipſis ſunt materialiter,in ītellectu au
tem diuino īmālīter·⁊ in hoc vltimo
ſenſu ꝓcedebat obiectio, Ad tertiū
dō ꝙ ratio illa procedit de pluralitate
reali , talis enim pluralitas in noīb⁹
eſſentialibus non inuenitur; ſed ſolū
pluralitas que ē ſm̄ intelligētie rōnē

D Einde queſitū eſt de ꝑtinen
d tibus ad potētiam dei, Et
ꝑmo vtruz in deo ſit virtus,
z de quodaz effectu diuine virtutis,
vtrū,ſ,aque ſint ſuper celos, Tertio
ad q̇d v̇t⁹ dīna ſe extēdere poſſet,

Articulus·z,

A D ꝑmū ſic ꝓcedit̄,Videt̄ ꝙ
a ꝙ in deo non ſit virtus,q: vt
phs dicit in ꝑmo d̄ celo,Vir
tus eſt vltimum potentie, ſed diuina
potentia nō hēt vltimum;cum ſit infi
nita,ḡ in deo non eſt virtus, Sz cō
tra,Omne īmediatū operatiōis ꝑn
cipiū virtus eſt,Operatio enī omnis
a virtute aliqua procedit·ſed in deo ē
aliquod īmediatū opatōis ꝑncipium
quia deus īmediate aliqua operatur;
ḡ in deo eſt virtus, Rx° dō ꝙ virtus
qualitercūq; accipiatur ſignificat po
tentie cōplementū,Et inde ē ꝙ v̇tus
vniuſcuiuſq; rei eſt que bonum facit
habentē;⁊ opus eius bonū reddit; vt
dicit̄ in,z,ethi,tūc enī oſtendit̄ potē
tia eſſe completa;quādo ⁊ agens eſt
perfectū ⁊ actio perfecta,Cū ergo po
tentia dei ſit maxime cōpleta:potiſſi
me in deo virtus inuēit̄, vn̄ dr̄ ſapiē,
iz,Virtutem oſtēdis tu qui nō crede
ris in v̇tute conſumatus,⁊ ī pſ,Ma
gnus dn̄s ⁊ magna virt⁹ eius, Ad
ꝑmū ergo dicendum ꝙ quādoq; v̇tu
tes notificātur nō ꝑ aliqđ qđ de v̇tu
te eēntialiter ꝑdicet̄,ſ ꝑ id ad qđ v̇t⁹
ordinat̄,Ab eo enī ſpēm hz ſic aug,
dicit,ꝙ fides eſt credere qđ nō vides
Credere enim non eſt ipſa fides;ſed
actus ad quem fides ordinat̄· Et h̄
modo phs diffinit virtutem cum di
cit ꝙ virtus eſt vltimū potentie q:,ſ,
virtus rei attenditur in ordine ad h̄;
in quod vltimo poteſt;ſicut virt⁹ eius
qui poteſt ferre centum libras,vt ipſe
ibidem dicit;non conſiſtit in hoc vt
ferat decem,ſed in hoc ꝙ ferat illud
vltimū in quod vltimo poteſt;ſcilicet
centum, Sic ergo virtus cuiuſlibet
rei nō attenditur in vno eorum; que
poteſt;ſed reſpectu totius quod poteſt
Virtus ergo diuina non poteſt attē
di ſm̄ aliquod vnum opus ipſius;q̇a
nullū opus eius ē quod adeq̄t eius v̇
tutem vt deus amplius facē nō poſſit
ſ v̇tus ei⁹ attēdit̄ ſm̄ totū ī qđ poteſt
hoc aūt ē infinitū; q:,ſ,deus infinita

facere poteſt, vnde ⁊ virtus dei eſt in finita ⁊ hoc ē vltimū eiꝰ finita poſſe, ſicut ꝟtuti finite ē vltimū aliq̄ determinata poſſe.

Articulus 3ꝰ.

Ad 3ᵐ ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ aque hn̄tes verā ſpēz aque elemētaris ſup celos exiſtāt. Homo enī dr̄ minor mundus pp ſimilitudinē quam hȝ cū mūdo maiori. Sed videmꝰ ꝙ in corpe humano supponitur cerebꝝ. qđ hȝ naturā aque cordi. qđ hȝ ꝓprietatē ignis; inquantū eſt fons naturalis caloris. ergo ēt in mūdo maiori aqua ſupponit aliꝭ elemētis. Et hec rō videt Aug. in. xi. de ciui. dei. vbi dicit de quibuſdam ꝙ ponderibꝰ elemētorum mouētur. ⁊ ideo n̄ putant aquarum fluidam grauemq̄ nām in ſuperioribus mundi locis potuiſſe ꝯſtitui: qui ſm rationes ſuas ſi ipſi hominem facere potuiſſent, non ei pituitam: qđ grece flegma dicitur ⁊ tanq̄ in elemētis corporis noſtri aquaꝝ vicem obtinet in capite ponerent. Sed contra partes mūdi ſūt optime ⁊ ordinatiſſime diſpoſite ſm ſuam naturam. Sed id qđ hȝ ſpecieȝ aque naturaliter ē pōderoſuȝ. ⁊ ita naliter ſubſidet corporibꝰ leuibus aeri ⁊ igni. Non ergo aliqđ hn̄s verā ſpeciem aque ſupra celos exiſtit. Rᵒ. dō ꝙ ī ſacra ſcriptura que mētiri non pōt expreſſe dr̄ aquas eē ſupra celum Dicit̄ enim gn̄. i. Quod diuiſit aq̄s que ſunt ſub firmamēto ab aq̄s que ſunt ſupra firmamētum. Et in pſ. dr̄ aque que ſuper celos ſunt laudent nomen dn̄i. ⁊ ideo ſicut aug. dicit in 2ᵒ ſuper gn̄. ad litteram. Quoquo modo vel qualeſcūq̄ aque ibi ſint: eē ibi eas minime dubitemꝰ. Maior q̄ppe ē ſcripture huiꝰ auctoritas q̄ oīs humani generis capacitas. Sȝ ſicut augu. ꝑmo eiuſdē libro dicit. Turpe eſt nimis ⁊ ꝑniciosum atq̄ maxie cauendū. vt xpianū de his rebꝰ. ſ. nālibꝰ q̄ſi ſm xpanas litteras loquētē ita delirare q̄libet infidelis audiat. vt quēadmodū dr̄ toto celo errare ꝯſpiciens riſum tenere vix poſſit: ⁊ nō tam moleſtū ē ꝙ errās homo deridet. ſ3 ꝙ auctores noſtri ab eis qui foris ſunt talia ſēſiſſe credūtur: ⁊ cū magno eorū exitio de quoꝝ ſalute ſatagimus tanq̄ indocti reprehēduntur atq̄ reſpuūtur. ⁊ ideo ſicut ipſe ſubiungit multiplices expoſitiones ipſe poſuit in verbis geneſis. vt ſic accipiat̄ vna expoſitio ꝙ alteri expoſitioni nō ꝑiudicet̄ que forte melior eſt. Sic ergo quod dicit̄ de aquis ſupra celos exiſtentibꝰ multipliciter ītelligi poteſt. Vno modo vt per firmamentum uel per celos non intelligamus firmamentum vel celum: in quo ſunt ſydera ſed hunc aerem in quo aues volare dicuntur: ſupra quē aerē aque vaporabiliter eleuātur: ⁊ exinde pluuie generantur. Et de hac expoſitione dicit Auguſtinus ī. 2ᵒ. ſup Gn̄. ad litterā. Hanc conſiderationem digniſſimam iudico. Quod enim dicitur neque contra fidem eſt ⁊ promptu poſito documento credi poteſt. Si autem per firmamentum vel celos intelligatur firmamentum vbi ſunt ſydera poſita: ſic ſciendum eſt ꝙ de hoc firmamēto

diuerſas opiniones fuiſſe. Quidam
enī poſuerūt firmamētū illud ex q̄tu-
or elemētis ꝯpoſitū: q̄ videt̄ eē poſitō
Empedoclis. ⁊ ſm hoc nihil ꝓhibet
dicere ſupra hoc celū ſydereū eē aq̄s
elemētares tanq̄ ſimpliciores: ⁊ ſup
eas etiā ignē: a quo vocet̄ celū empi-
reū. Alioꝝ autē poſitio eſt ꝙ celū vt̄
ſit ignee nature ſic̄ poſuit Plato. vel
nō ſit de natura quatuor elemētoꝝ
ſꝫ habens altiorem nām: ſicut poſuit
Ariſt. Utroq̄ iſtoꝝ ſuppoſitio incō-
ueniens videtur: ſupra firmamētum
illud aquam elementarē māliter eſſe
diſpoſitam. Nunc enim ſicut augu.
dicit i 2°. ſup gn̄. Queādmodum de⁹
īſtituerit naturas rerum nos cōuenit
querere nūquid in eis vel ex eis mi-
raculū potentie ſue velit operari: ſꝫ ta
men aliquales aquas ſupra huiuſmo
di firmamentum ponere poſſumus.
vno mō vt per aquas intelligam⁹ to
tam materiam corporalem: ſicut acci
pit̄ in principio gn̄. ſm expoſitionem
aug. Et ideo ſecūdum hoc intellectū
eſt aliud dicere q̄ aliquid de materia
corporali ſuper hos celos exiſtere: ⁊ hꝫ
etiam a dictis philoſophorum moder
norum non diſcordat: q̄ ponunt ſupra
octauam ſperā: in qua ſunt ſtelle: ali-
qam ſperā in qua nulla ē ſtella. ⁊ hāc
expoſitionē ponit Aug. ſuper gn̄. con
tra manicheos. Alio modo poteſt di
cici ꝙ ſicut celum empireū dicit̄ igne
um: non q2 habeat ſpeciem ignis ſꝫ ꝓ
pter ſplendorem. ita ēt aque ſuper ce-
los dicuntur non q2 habeat ſpeciem
aque: ſꝫ quia habent dyaphanitatem
ad modū aque, vt ſic ſupremum celuꝫ
ſm ꝙ empireum dicitur: ſit totuꝫ ſplē
didum. ſm autem ꝙ aqueum dicitur
ſit totū dyaphanū. Tertium autē ce-
lum quod dicitur ſydereum ſit ꝑtiꝫ lu
cidum ꝑtim diaphanū. Sic ergo ſecū
dum quācunq̄ opinionē poteſt veri-
tas ſacre ſcripture ſaluari diuerſimo-
de. Unde non eſt coartandus ſenſus
ſacre ſcripture ad aliquid horum.

Ad primum ergo dicenduꝫ ꝙ ho
mo aſſimilatur maiori mundo quan-
tum ad aliquid: inquantum. ſcilicet
ꝯſtat ex corporali ⁊ ſpirituali natura:
ſicut ⁊ totum vniuerſum. non tamen
quantum ad omnia aſſimilatur vni-
uerſo. Ordo enim partium in homi-
ne nō ē ſecundum ꝙ exigit eorum nā
ſed prout exigit ratio finis. Ponitur
enim cor in medio: vt ex eo diffundā-
tur operationes vite de facili per to-
tum corpus. Cerebrum autem poni-
tur in ſupremo vt operationes anima
les que ibi quodammodo perficiunt̄
non impediantur per diuerſas corpo
ris tranſmutationes: ſicut etiam or-
do cognitionis humane non eſt ſecū-
dum ordinem naturaleꝫ cognoſcibi-
lium: ſꝫ quo ad nos. aug. aūt nō indu
cit hoc aſſerendo. ſed obuiando his q̄
ſcripturam praue īterpretantur.

DEinde cōſiderandū eſt d̄ his
ad que diuina potentia ſe ex
tendere poteſt. Et circa hꝫ
queruntur duo. Primo vtrū deus
poſſit aliquid in nihilum redigere.
Secundo ſi aliquid eſſet in nihi-
lum redactum: vtrum deus poſſit illō
reparare idem numero.

Articulus. 4⁹.

a Ad primum ſic procedebatur
Videt̃ ꝙ deuſ poſſit aliquid
ĩ nihilũ redigere. Equalis
enĩ ẽ diſtãtia nõ entis ad ens: ⁊ entiſ
ad nõ ens. Sꝫ deus põt ex nihilo ali
q̇d facere. g̃ de⁹ põt ex aliquo facere
nihil. Sꝫ ꝯ deus nõ põt eẽ cã defe
ctiua. Sꝫ cã que facit tẽdere ĩ nõ eẽẽ
cã defectiua: g̃ deus nõ põt redigere
aliq̇d in nihilũ. Rñ° dd̃ ꝙ de potẽ-
tia dei dupl̃r loqui poſſum⁹. Vno mõ
abſolute ꝯſiderãdo eius potentiam.
Alio mõ conſiderando ipſam in or-
dine ad ſapiẽtiam vel preſẽtiam ſuam
Loquẽdo ergo abſolute de dei poten
tia: ſic deus poteſt vniuerſam creatu-
ram redigere in nihilũ. Cuius ratio
eſt quia creatura non ſolum ꝑducitur
ĩ eſſe deo agente: ſꝫ etiam per actione
dei conſeruatur in eſſe ſꝫm illud ad he
bre. i. Portãs omnia verbo virtutis
ſue. Vñ aug. dicit. 4. ſup gñ. ad lr̃am
Quod v̓tus dei ſi aliqñ ab eis q̃ cre
ata ſũt regẽdis ceſſaret: ſil̓ ⁊ illoꝝ ceſ-
ſaret ſpecies omniſq; natura cõcide-
ret. Sicut aũt deus ꝓpria voluntate
agit ⁊ nõ ex neceſſitate nature ad re-
rum productõem, ita etiã ad eaꝝ ꝯſer
uationẽ, ⁊ ideo poteſt ſubtrahere ſuaꝫ
actionem a rebus conſeruandis, ⁊ h̃
ipſo omnia in nihilum deciderent.
Si vero loquamur de potentia dei ĩ
ordine ad eius ſapientiã ⁊ preſentiaꝫ
ſic non põt fieri ꝙ res in nihilum re-
digãtur: q: non habet hoc diuina ſa-
pientia. Creauit enim deus vt eſſent
omnia, vt dicit̃ ſap. i. non vt in nihi-
lum cederent. Primuꝫ g̃ ꝓcedim⁹
ſecũdũ ꝙ procedit de potentia abſo-
luta. Ad ſꝫm dd̃ ꝙ cã defect⁹ ali-
cui⁹ põt eẽ aliq̇d dupl̃r. Vno mõ ex ꝓ
pria ĩtentione: ſicut cũ aliq̇s ſubtra-
hẽdo lumẽ cãt tenebraſ ⁊ hoc modo ñ
oꝫ ꝙ ſit cã defectiua illud qd̃ cauſat d̃
fectũ. Sic aũt deus põt eẽ alicui⁹ de
fectus cã: vel excecatõis: vel obdurati
onis: etiam annihilatõis ſi vellet.
Alio mõ aliq̇d eẽ cã defect⁹ preter ĩ-
tẽtiõem, ⁊ ſic ſemꝑ oꝫ ꝙ cã defectus
ſit defectiua. q: ex defectu agentis cõ
tingit ꝙ non inducat perfectionem ĩ
ſuo effectu: ⁊ ſic deus nullo modo po
teſt eſſe cauſa defectus vel tenendi in
non eſſe.

## Articulus. 5⁹.

a Ad ſecũdũ ſic ꝓceditur. videt̃
ꝙ de⁹ non poſſit id qd̃ in ni
hilũ redactũ eſt idem nume
ro reparare. Dicit enim phs in 2° de
generatõe. ꝙ ea quorum ſbã corrum
pitur non reiterantur eadeꝫ numero.
Sed eorum que in nihilum redigun
tur ſubſtãtia corrũpit̃. g̃ eadem nume
ro iterari non poſſunt. Sꝫ ꝯ eſt qd̃
aug. dicit. 4. de ci. dei. Si caro huma
na oĩb⁹ periſſet modis: nec vlla eius
materies in vllis latebris remãſiſſet
vnde ſi vellet eum repararet oĩpotẽs.
Sed ſi nulla materia remanente de
corrupta quod corrumpitur in nihi-
lum redigitur, ergo deus id quod in
nihilum eſt redactum poteſt idem nu
mero reparare. Preterea differen
tia eſt cauſa numeri, ſicut Dam. dicit.
Sed nihilum non facit aliquam dif
ferẽtiã: q: ñ ent̃ ñ ſũt ſpẽs dr̃ie ſꝫ phꝫ
g̃ id qd̃ rpat̃ a dõ põt ẽe vnum ⁊ idẽ
numero; ꝗuis ĩ nihilũ fuerit redactũ

Re° dō ꝙ in his que in nihiluꝫ re digi poſſūt eſt quedā drīa attēdēda. quedam enim ſūt quoꝝ vnitas ī ſui rōne hꝫ duratōis ꝯtinuitatē.ſicut patet in motu ⁊ tpe.⁊ ideo īterruptio taliū īdirecte ꝯriat̄ vnitati coꝝ ſm numeꝝ.Ea vero q̄ ꝯtraditioneꝫ īplicāt nō cōtinētur ſub numero deo. poſſibiliū.q2 deficiunt a ratione entis.⁊ iō ſi huius in nihilū redigātur: deus ea nō pōt eadem numero repare. Hoc enim eſſet facere contradictoria ſimł eſſe vera.puta ſi motus interruptus eſſet vnuſ. Alia vero ſunt quoꝝ vnitas non habet in ſui ratiōe cōtinuitatem durationis.ſicut vnitas rerū permanentium:niſi per accidēs.inq̄ꝰtuꝫ eoꝝ eē ſubiectū eſt motui. Sic enī ⁊ mēſurantur hui⁹ tpe: ⁊ coꝝ eē vnū ⁊ ꝯtinuū ſm vnitatē ⁊ ꝯtinuitatē tēporis.⁊ q2 naturale agēs nō pōt iſta producere ſine motu:inde eſt ꝙ naturale agens non pōt hi⁹ reparare eaď numero:ſi in nihilū redacta fuerint ł ſi fuerint ſm ſbam corrupta.ſ3 de⁹ pōt reparare huiuſmodi ſine motu:.q2 in eius poteſtate eſt ꝙ producat effectuſ ſine cauſis medijs ⁊ ideo poteſt ea eadem numero reparare etiam ſi in nihilum elapſa fuerint:vnde patet reſpōſio ad primū ⁊ ſecūdū. Ad.3.dō ꝙ nihilum non eſt differētia alicui⁹ entis:ſi per hoc ꝙ aliquis reducatur in nihilum īterrumpatur cōtinuatio eēndi:que ptinet ad vnitatem motus ⁊ eoꝝ que conſequuntur ad motū.

D Einde queſitum ē de pſonalibus que pertinent ad perſonam filij. Primo q̄ꝛtuꝫ ad naturam diuinam. 2° quantuꝫ ad nām aſſumptā. Circa pmū q̄ſita ſūt duo. Primo vtꝝ pater eodem v̄bo dicat ſe ⁊ creaturā. 2° vtꝝ filius ſua filiatōe diſtiguat a ſpū ſācto.

Articulus.6°.

AD pmū ſic pcedit̄. vr̄ ꝙ pater nō eodem v̄bo dicat ſe ⁊ creaturam. Dicere enim ſe ſoli patri ꝯuenit:vt Aug.dicit.7.de trini.Sꝫ dicere creaturā ꝯuenit toti trinitati.ea.n.q̄ importāt reſpectū ad creaturā toti trinitati ꝯueniūt:vt pater p Dio.2.c.de di.no.ergo pater nō eodē v̄bo dicit ſe ⁊ creaturā. Preterea creatura pcedit a deo per moduꝫ volūtatis.Fili⁹ aūt q̄ eſt verbuꝫ quo pater dicit ſe ipſum procedit a deo p modum nature quia vt Hyl.dicit in libro de ſynodis. Omnibus creaturis ſubſtantiam voluntas dei attulit. Filio autem naturam dedit natiuitas. ergo non eſt idem verbum quo pater dicit ſe ipſum:⁊ quo dicit creaturam. Sed contra eſt quod aug. dicit.2.ſuper gñ.ad litteram. Quod dixit ⁊ facta ſunt.ideſt verbum genuit in quo erat vt fieret creatura. Sed verbum genuit dicens ſeipſum. ergo idem eſt verbum quo dicit ſe ipſum. ⁊ quo dicit creaturam. Re° dicēduꝫ ꝙ ſicut Auguſtinus dicit.15.de trini.Verbum dei repreſentatur aliqualiter per verbum noſtri intellectus. quod nihil eſt aliud q̄ꝫ quedam acceptio actualis noſtre noticie.cum.n.id quod ſcimus actu conſiderando concipimus.hoc verbum noſtri intellectuſ eſt. Et hoc eſt quod verbo exteriori

ſignificam⁹.ſed q: nos nõ totũ id: qđ habitu ſcimus actu mẽte cõcipim⁹. ß de vno intelligibili mouemur ad aliud.unde eſt ꝙ in nobis non eſt vnum ſolũ verbũ mentale ſm multa; quorũ nullũ adequat noſtrã ſciam. Sꝫ deus quicquid ſcit ac n intelligit. Et ideo in mente eius non ſuccedit verbũ verbo ꝛ ſicut eadẽ ſcia ſcit ſe ꝛ omnia alia: ita etiã eodem verbo exprimit ſeipſum ꝛ oĩa alia. nec eſſet eius verbũ pfectũ vt aug. in codẽ libro. dicit; ſi aliquid min⁹ eẽt in ei⁹ ṽbo ꝙ̃ i eius ſcia. vñ q̇cq̇d pr̃ ſcit totum vnico ſuo ṽbo dicit. ꝛ ſic neceſſe ẽ ꝙ idem verbũ ſit; q̃ dicit ſeipſum: ꝛ quo dicit creaturaꝫ. Ad pmũ g̃ dđ ꝙ dicere; ſi proprie ſumat̃ ẽ pducere verbũ quod ſoli patri ɔueit ꝛ ideo ſi dicẽ in diuinis ppꝛie ſumat̃; ſolus pater dicit; q: ſolus ipſe gñat ṽbum. Hoc enim ṽbo exprimitur q̇cq̇d tota trinitas ſcit. q: trium pſonarum ẽ vna ſcia. ꝛ ex hac rõne verbũ importat reſpectũ ad creaturã in q̃tũ eſt expreſſio quedã ſcie quã pater cõiter hꝫ cũ alijs pſonis de creatura. Ad ſm dicẽdũ ꝙ aliud eſt verbũ ꝛ id qđ dicitur ṽbo. hoc enĩ ṽbo qđ ẽ lapis ſignificat̃ res q̃ nõ ẽ verbũ: ſed corpus. vñ nihil phibet creaturã pcedere a deo p modũ voluntat̃. Uerbũ aũt quo dicitur creatura per modum nature.

Articulus. 1.

Ad ſm ſic pceditur. Uidet̃ ꝙ filius diſtinguatur filiatiõe a ſpũ ſancto. Eo đ enĩ modo aliqs cõſtituit̃ ꝛ ab alio diſtinguitur Sed pſona filij cõſtituit̃ filiatiõe: q̃ ẽ ppꝛietas perſonalis; ideſt ɔſtituẽs pſonam filij. g̃ filiatiõe diſtinguitur a ſpũ ſancto. Sed cõtra ẽ qđ Boeci⁹ dicit in lib. de tri. ꝙ ſola relatio in diuinis multiplicat trinitatẽ. Et Anſel. dicit in lib. de pceſſiõe ſpũs ſcĩ. ꝙ ibi ſolũ diſtinguuntur pſone diue: vbi occurrit relatiõis oppoſitio. Sed fili⁹ nõ oppõit̃ relatiue ſpũi ſancto filiatiõe: ſꝫ ſolũ pr̃i. ergo fili⁹ nõ diſtinguitur filiatiõe a ſpũ ſcto: ß ſolũ a patre. R̃⁹ dđ ꝙ hoc modo ſe habent proprietates perſonales in diuinis ad diſtinguendũ perſonas ſicut ſe habẽt in rebus naturalib⁹ forme ſubſtãtiales ad diſtinguendas ſpecies rerum. ſic tamen ꝙ a creaturis exẽpla ad deum aſſumpta nõ omnino ſimilia ſũt. In rebus autẽ naturalibus diſtiguit̃ aliq̇d per formã ſuam ab alio dupl̃r. Uno modo ſm directaꝫ oppoſitionẽ forme ad formam. ꝛ hoc modo diſtinguitur vnaqueq; res naturalis ab oĩbus ſpẽbus ſui generis: que habẽt formas oppoſitas; ſm ꝙ genus diuidit̃ oppoſit̃ differẽtijs: ſicut ſaphir⁹ diſtinguitur ſua forma ab omnibus alijs ſpẽbus lapidum. Alio modo diſtinguitur res nãlis p ſuã formã ſm hr̃e: ꝛ nõ hr̃e. ꝛ hoc mõ qđ hꝫ aliquã formã nãlẽ diſtinguit̃ ab oĩbus nõ hñtibus formã illã. ſicut ſaphirus p ſuam formã nãlẽ diſtinguit̃ ñ ſolũ ab alijs generib⁹ lapidũ: ſed a ſpẽb⁹ aĩalium ꝛ plantarũ. Sic ergo dđ ꝙ fili⁹ ſua filiatione diſtinguit̃ q̇dẽ a pr̃e ſm oppoſitionẽ relatiuã filiatiõis ad pr̃nitatẽ ſed a ſpũ ſancto diſtinguit̃ filiatiõe p hoc ꝙ ſpũs ſanct⁹ nõ hꝫ filiationẽ: q̃ filius hꝫ. ꝛ p hoc pꝫ rñſio ad obiecta.

Articulus. 8ᵘˢ.

Deinde q̄ſitū ē de filio quantum ſ͠d naturam aſſumptā. Et circa hoc queſitum eſt: vtrū ſit vnum numero corpus Chriſti affixum cruci: ⁊ iacēs in ſepulchro Et videtur ꝙ non. quia quecūq̄ differunt ſpecie: differūt numero. ſed corpus xp̄i appenſum in cruce ⁊ iacēs in ſepulchro differt ſpecie eo modo quo mortuum ⁊ viuum differunt ſpecie. ḡ non eſt vnum ⁊ idem numero. Sꝫ contra. Quecunq̄ ſunt vnum ⁊ idem ſuppoſito vel ipoſtaſi ſunt vnuꝫ ⁊ idē numero. Sed corpus Chriſti iacens in ſepulchro ⁊ appenſum cruci ē vnuꝫ ⁊ idem ſuppoſito ſiue ipoſtaſi: q: ipoſtaſis verbi dei nunquam ſeparata ē ab eius corpore. Ergo corpus Chriſti eſt vnum ⁊ idem numero appēſuꝫ cruci ⁊ iacens in ſepulchro. Reſpondeo dicendum ꝙ circa hoc cauēde ſūt due damnate hereſes: quarum vna ē arrianorum: qui cum ponerent Chriſtum animam non habuiſſe: ſed verbum fuiſſe corpori loco anime. per cōſequens poſuerunt ꝙ verbum ſeparatum eſt in morte a corpore: ſicut manifeſte patet in quodam ſermone arrianorum; contra quem Auguſtinᵘˢ diſputat. Alia vero eſt hereſis galanicarum; que fuit in ſexta ſynodo dānata. Qui cum ponerent vnam naturam compoſitam ex diuinitate ⁊ humanitate. poſuerunt illam naturā ſimpliciter incorruptibilem. ⁊ ita poſuerunt corpus Chriſti ſimpliciter incorruptum: non ſolum corruptiōe putrefactionis; quod fides catholica tenet ſ͠m illud p̄s. Nō dabis ſanctum tuum videre corruptionem: ſ͠ etiā corruptionē que ptinet ad rōnē mortis; quod eſt impiū; vt patet p̄ Dama. li. 3ᵒ li. Sic ergo ad excludēdā p̄mā hereſim oportet nos ponere idētitateꝫ ſ͠m ſuppoſitum in corpore Chriſti appenſo cruci ⁊ poſito in ſepulchro. Ad excludendum vero ſecūdā hereſim oportet nos ponē verā differētiā mort ⁊ vite. Sed q: p̄ma vnitas maior ē q̄ ſecūda differētia: dicēdū ē ꝙ ē id numero corpus xp̄i appēſum cruci ⁊ iacens in ſepulchro. Ad p̄mū ergo dicēdū ꝙ ratio illa non tenet in corpe xp̄i pp̄ vnitatem ipoſtaſis.

Articulus. 9ᵘˢ.

Deinde queſitum eſt de rebᵘˢ humanis. Et p̄mo de gratia Secundo de gratia ſacramētis. Tertio de actibus humanis. Circa primum querebatur vtrum deus ſemper faciat nouam gratiam. Et videtur ꝙ ſic. Augu. enim. 8. ſuper Gñ. ad lrām comparat infuſionē gratie illuminationi. Sicut inq̄t aer preſente lumine non factus eſt lucidus: ſed fit: quia ſi factus eſſet: nō fieret; ſed etiam abſente lumine lucidᵘˢ maneret. ⁊ ſic homo deo preſente illuminatur. abſente autem continue tenebratur: a quo non locorum interuallis: ſed voluntatis auerſione diſcedit Sed ſol ſemper facit nouum lumen in aere. ergo deus ſemper facit nouaꝫ grām in anima. Sed ꝫ. Nobilioris creature nobiliᵘˢ ē eē. ſ͠ grā ē nobiliſſima creatura. q: ē pfectio nē rōnal creatē. ergo eius eē ē nobiliſſimuꝫ. nō

ergo durat ſolū in momēto. ⁊ ita nō
ſemp deus facit nouā grām. R° dō
ꝙ duplex eſt actio: Quedam que fit
cū motu. ⁊ talis actio ſemp eſt cū ali
qua inouatione: qꝛ ſemp ī motu ali
qd fit: ⁊ aliqd deſinit eſſe: inquātum
accedit ad terminū ⁊ recedit a termi
no ⁊ ꝓpter hoc phs dicit in .8. phi. ꝙ
ī omni motu eſt quodāmō fieri ⁊ cor
rūpi. Alia autem actio eſt que ē ſine
motu per ſimplicem cōmunicationē
forme: inquantum. ſ. agēs ſuā ſimili
tudinem imprimit recipienti diſpoſi
to. ⁊ talis actio in principio quidem
eſt cum inouatione: ſm ꝙ de nouo ac
quiritur forma in ſubiecto. Sed cōti
nuatio ipſius actionis ſicut nullum
habet motum adiunctum: ſꝫ ſimplicē
influxum ſiue cōmunicationē: ita etiā
nullā habet inouationē. ⁊ hoc modo
cauſatur grā a deo in anima. Unde
dicendum eſt ꝙ quandiu durat grā
in anima: deus ī anima operatur cau
ſans eam. non tamen ita ꝙ faciat ſē
per nouam gratiā: ⁊ ꝙ ſingulis mo
mentis exiſtens corrumpatur: ſed qa
eandem gratiam quam primo infu
dit: ſemper operatur in anima conſer
uans ipſam: quod quidem difficile ē
ad intelligendum non valentibus
abſtrahere cōſiderationem ſuam ab
actionibus que ſunt cum motu: in q
bus ſemper aliquid īnouatur: vt dcm
eſt. Ad primū ergo dicendū ꝙ lu
men ſemper fit in aere: qꝛ ſemp actio
ne ſolis illuminātis cōſeruat: non ꝙ
ſemp fiat aliud ⁊ aliud lumen.

Deinde queſitum eſt de ſacra
mentis gratie. Et primo de
ſacramēto penitētie. vtrū per abſolu
tionē ſacerdotis remittat culpa. Se
cūdo de ſacramēto matrimonij vtrū
vir poſſit accipe crucē ſi timeat de in
cōtinentia vxoris nō valētis vir ſeq.

Articulus. 9°.

Ad primum ergo ſic procede
batur. Uidetur ꝙ per abſo
lutionem ſacerdotis culpa re
mittatur. Dicit enim Hugo de ſācto
victore in libro de ſacramentis. Qō
ſententiam Petri ſequitur ſententia
celi. Sed ſententia celi eſt de remiſ
ſione culpe. Ergo remiſſio culpe ſe
quitur per ſententiam Petri: que eſt
ſacerdotis abſoluentis. Preterea ſa
cramenta ſunt medicine contra pec
cata. Sed per medicinam ſanantur
vulnera vel egritudines. Ergo egri
tudo vel vulnus peccati ſanatur per
ſacramentum penitentie. Sed ſacra
mentum penitentie cōſumatur ī hoc
ꝙ dicit. Ego te abſoluo. ſicut ſacra
mentum baptiſmi in hoc ꝙ dicit.
Ego te baptizo. ergo per abſolutio
nem ſacerdotis dimittitur culpa.
Sed contra eſt ꝙ per ſolam contri
tionem dimittitur peccatū ſm illud
ps. Dixi cōfitebor aduerſum me in iu
ſticias meas domino: ⁊ tu remiſiſti ī
pietatem peccati mei. Sed contritio
precedit abſolutionē ſacerdotis: qꝛ ſa
cerdos non debet aliquē abſoluē niſi
eſtimet eū ꝯtritū: ḡ remiſſio culpe ꝑ
cedit abſolutionē ſacerdotis. Nō ḡ ꝑ
abſolutionē ſacerdot culpa remittit.
R°. dō ꝙ ſacra dupl'r operantur.
Uno modo ſm ꝙ exhibēt ī actu alio
modo ſm ꝙ habentur in voto. ⁊ hoc

ideo q: ſacraměta operant̃ vt inſtru-
měta diuine miſericordie iuſtificant̃. Dei
aut eſt reſpicẽ ad hoīs coꝛ ſm illud .i.
R.16. Hoīes vidẽt ea que parẽt. De
us aũt ĩtuetur coꝛ. ⁊ ideo quis res nã
les non agant niſi pñtialr̃ adhibite.
ſacra tñ agũt etiã ſm ꝙ ſunt in voto
ſ plenius ſacramentalẽ effectum indu
cunt; quãdo actu exhibẽtur: ſicut pa-
tet ĩ baptiſmo. Nã cathecuminus ſi ſit
adultus ⁊ hẽat baptiſmuz in voto: iam
ꝯſecutus ẽ effectũ baptiſmi quantum
ad emũdatõem a pccto ⁊ ꝯſecutionez
grẽ que eſt propꝛius effectus dei. Sed qñ
actu baptiſmũ ſuſcipit ꝯſequit̃ pleni
us quoſdã ſacramẽtales effectus: q̇a
ſuſcipit caracterẽ ⁊ remiſſionẽ totius
pene. Si quis tamen eſſet qui non ꝓ
us haberet baptiſmum in voto ꝗ̃ ac-
tu baptizaret̃: ſicut p̃cipue patet ĩ pue-
ris; ſimul recipit per baptiſmum gra-
tiam remittẽtem culpam ⁊ oẽm aliuz
ſacramẽti effectũ. ⁊ hoc etiam ꝯtinge
ret in adulto; ſi ſimul cum baptizare-
tur; votum baptiſmi hẽre ĩciperet. ⁊ idẽ
eſt etiã ĩ ſacramẽto pnĩe: quod ꝯſũma
tur ĩ diſpẽſatiõe miniſtri abſoluẽtis.
Cum enĩ aliquis actu abſoluit̃ ꝯſeq̇
tur plenarie ſacramẽti effectũ. ſꝫ ſi añ
ꝗ̃ abſoluat̃ hẽat hoc ſacr̃m in voto;
qñ. ſ. ꝓponit ſe ſubijcere clauibus ec-
cleſie; iã v̾tus clauiũ opat̃ in ipſo ⁊ ꝯ
ſequitur remiſſionem culpe. Si quis
tñ in ipſa abſolutõe incipit ꝯteri ⁊ cla
ues eccleſie hẽre in voto; in ipſa abſo
lutione ſacerdotis culpa ei dimittitur
per gratiam que infunditur in hoc ſa
cramẽto ſicut ⁊ alijs ſacr̃is noue legiſ
vñ qñq; ꝯtigit ꝙ aliqui nõ perfecte
ꝯtriti v̾tute clauium gratiam ꝯtritio-
nis ꝯſequũtur. dũmõ nõ ponãt obicẽ
ſpũi ſcõ. ⁊ idẽ ẽ in alijs ſcr̃is noue le-
gis; ĩ q̇bus grã ꝯfert̃. vñ tñ eẽ dñia iter
baptiſmũ ⁊ pñiaz pp hoc ꝙ ſacr̃m pe
nitẽtie ſẽp exhibet̃ adult; ĩ q̇bus vt pli-
mũ ꝯtritio p̃cedit tpe ꝯfeſſionẽ ⁊ ab-
ſolutõem; baptiſmus aũt multotiẽs cõ
fert̃ pueris ĩ q̇bus votũ baptiſmi nõ p̃
cedit. oĩno aũt ſimile appareret; ſi eti
am baptiſmus exhiberetur adultis.

Ad primũ ꝗ̃ dõ ꝙ v̾bum hugõis
nõ ẽ ſic intelligendum: quaſi ſentẽtia
Petri in ſacerdote abſoluente prece-
dat tpe ſñiam celi .i. dei remittẽtiſ cul
pam; ſꝫ q: ſñia Petri approbat ſñiaz
dei. Ad ſm ſic dicẽdũ ꝙ medici
na ſacr̃alis operatur non ſolum actu
adhibita; ſed etiam in ꝓpoſito exiſtẽſ
⁊ ideo quãdoq; ſanatio vulneris pꝛe
cedit ſacramẽtalem abſolutionem.
Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ nunq̃ poteſt eẽ
vera contritio ſine voto clauium ec-
cleſie: quãtũcunq; ſit dolor de pecca-
to preterito; ⁊ ꝓpoſitum abſtinendi ĩ
futurum. ⁊ ideo in ꝯtritione culpa re-
mittit̃.

## Articulus .xi.

Ad ſecundum ſic proceditur.
Uidetur ꝙ vir poſſit accipe
re crucem ad tranſfretanduz
vltra mare; nolente vxore; ſi de eius
incontinentia timeatur non. Non
debet enim homo permittere propri-
am ſalutem pro ſalute aliena. Sed
homo p̾curat ſalutem propriam per
hoc ꝙ cruce ſignatur conſequens ple-
nam remiſſionem peccatorum. ꝗ̃ non
dꝫ h̾ p̃termittẽ vt ꝓuideat ſalti vxoris

Sed 𝔷 ē quod aug. dicit. Si abſti-
nes ſine vxoris voluntate: tribuis ei
fornicatiōis licētiā. ⁊ pccm̄ illius tue
iputabit̄ abſtinētie: ſ₃ accipiēdo crucē
impedit̄ a redditiōe debiti. g̃ videt̄ ꝙ
peccatū vxoris ſi cōtingat viro impu
tatur. R° dō ꝙ ea que ſūt neceſſi-
tatis nō ſūt ꝑtermittēda, ꝓpter ea que
ſūt ꝓprie volūtatis. Vn̄ etiā domin⁹
Math. 15. rephēdit phariſeos q̄ dice
bant ꝑtermittē mandatū de honora-
tione parētū: vt alique voluntarie ob
lationes deo offerentur. Ex neceſſita
te aūt viro imminet vt gerat curā vxo
ris. quia caput mulieris ē vir: vt dicit̄
i. ad Corin. xi. Sed ꝙ accipiat crucē
ad trāſfretandū ſubiacet proprie volū
tati. Unde ſi vxor ſit talis: que ſequi
non poſſit propter aliquod legitimu₃
impedimētū: ⁊ de eius incōtinentia ti
meatur nō ē ei conſulendum vt acci-
piat crucem ⁊ dimittat vxorem· ſecus
autem ē ſi vxor cōtinere voluntaria p̄
ponat: vel velit ⁊ poſſit ſeq̄ virū ſuu₃
Ad p̄mum ergo dicēdum ꝙ hoc etiā
ad ſalutem propriam viri pertinet vt
gerat curam de ſalute vxoris que vi-
ri regimine cōmittitur.

Deinde q̄ſitum eſt de actibus
humanis. Et primo de acti-
bus pertinentibus ad prela-
tos. 2° de actibus: q̄ poſſunt ꝑtīere
ad omnes. Pertiēt autem ad p̄latos
p̄cipere diſpenſare in precepto excōi-
care rebellātes preceptis ⁊ beneficia
eccleſiaſtica cōferre. Unde circa pri-
mū q̄runt̄ q̄ttuor. Primo de obiedi
entia ad p̄cepta prelatorum; vtrum. ſi
religioſus teneatur obedire prelato
ſuo p̄cipiēti ei in v̄tute obediētie ꝙ re
uelet ei crimē fratris occultū. Secū
do circa diſpēſationē vtrū papa poſſit
diſpenſare in bigamia. Tertio cir-
ca excōicationē. vtrū aliq̄s teneat̄ vi
tare excōicatos illos: de quorum excōi
catione etiam īterperitos eſt diuerſa
ſentētia: q̄buſdam dicentibus eos ex
cōmunicatos eſſe: ⁊ alijs non eſſe.
Quarto circa collationem beneficio
rum; vtru₃ prelatus eccleſie licite poſ-
ſit dare beneficium cōſanguineo ſuo
idoneo exiſtenti: ſi equa facilitate oc
currat ei alius magis idoneus.

Articulus. 12.

Ad p̄mū ſic proceditur. Uide
tur ꝙ ſubditus non teneatur
obedire prelato precipiēti re
uelationem criminis occulti. Null⁹
enim tenetur obedire alicui i hoc: q̄ð
non ſubditur eius iudicio. Sed oc-
culta non ſubduntur iudicio humano
ſed ſoli iudicio diuino. ergo circa eo-
rum reuelationem nullus tenet̄ obe-
dire prelato precipienti. Sed cōtra
eſt ꝙ prelatus in capitulo religioſoꝝ
poteſt precipere id quod iudex ſecula-
ris vel eccleſiaſticus poteſt exigere iu
ramentum. Sed quandoq₃ iudex ſe-
cularis vel eccleſiaſticus exigit iura-
mentum ab aliquo: vt reuelet id: q̄ð
ſcit de aliquo occulto: vt dicit queda₃
decretalis de purgationibus: ergo pa
ri ratiōe ipſe prelatus in capitulo po
teſt etiam religioſis precipere in vir
tute ipſius obedientie: vt dicant ei ſi
quid ſciunt d̄ aliquo crimine occulto.

℞ᵒ dđ ꝙ peccatū dupl'r pōt eē occultū. Uno mō ſimpl'r. ita. ſ. ꝙ ad mlto rū noticiā nullo mō ꝑuenit. ⁊ tale peccatū occl'tū nocet ſoli faciēti. ⁊ iō q̇ tale pecc̄m occultū fr̄is ſcit ſolū hoc d̄bet intēdere vt fratris peccātis ſalutē ꝓcuret. vnđ inſtitutus eſt a domino ordo correctiōis fraterne: vt p̄mo q̇dem corripiat aliq̇s fratrem occulte peccātem inter ſe ⁊ ipſū ſolum. poſtmoduꝫ adhibeat duos vel tres teſtes. ⁊ tunc tandem ſi non corrigatur dicat eccleſie. contra quem ordinem ſi prelatꝰ p̄cipiat vt peccatum fratris occultuꝫ ei dicatur: non eſt obediendū. ⁊ ipſe peccat precipiendo. qꝛ oportet deo magis ꝙ̄ hoībus obedire. Si aūt peccatū fratris nō ſit adeo occultū. q̇n ⁊ per aliquas ſuſpitiōes in multitudinis noticiam veniat. vnde multoꝝ ſcandaluꝫ oriatur: iam peccatū nō ſolū nocet illi: ſed multis. ⁊ qꝛ bonum multitudīs preferť bono vnius. ideo prelatus dꝫ diſq̇rere v̄itatem de facto: vt ſcandalum multitudīs ceſſet. vel per penam peccant: vel per eius excuſationeꝫ. Et ideo in tali caſu poteſt precipe ſcienti crimen fratris ꝙ manifeſtet. ⁊ ille cui precipitur tenet prelato obedire. Sic enī cum nō ſit oīo occultum crimē ꝑtineret ad iudiciū prelati. ⁊ in hoc caſu loq̇tur decretalis. non autem in p̄mo. vnde patet reſponſio ad obiecta.

Articulus .13.

AD ſecūdū ſic ꝓcedit. Videť: ꝙ papa nō poſſit diſpēſare in bigamie irregularitate. non enim poteſt ab homine diſpenſari in his que ſunt diuinitus inſtituta; vt Ber. dicit in libro de diſpenſatione ⁊ p̄cepto. Sed doctrina apl'i in q̄ ꝯtineť ꝙ bigamꝰ nō ꝓmoueať vt pꝫ. i. ad thimo. 3. ⁊ ad Tytū. i. ē diuinitus ꝓmulgata: ſꝫm illđ apl'i. 2. ad Thi. vltio. An experimentū q̄rit' eiꝰ q̇ in me loq̇ť xp̄s. ğ papa nō pōt cū bigamis diſpēſare. Sed ꝯ ē qđ ĩ decret. di. 50. dī. ꝙ papa cū quodam bigamo diſpenſauit.

℞ᵒ dicendū ꝙ papa hꝫ plenitudineꝫ ptātis ĩ eccl'ia: ita. ſ. ꝙ quecūq; ſūt inſtituta per eccleſiā vel eccleſie prelatos ſunt diſpenſabilia a papa. Hec enī ſunt que dicunť eſſe iuris humāi: vel iuris poſitiui. Circa ea vero: que ſunt iuris diuini: vel iuris nālis diſpenſare non poteſt. q̇a iſta hñt efficaciam ex inſtitutōe diuina. Jus auteꝫ diuinū eſt qđ pertinet ad legem nouaꝫ vel veterē. Sed hec ē differētia inter legē vtrāq;. quia lex vetus determinabat multa tā in p̄ceptis cerimōialibꝰ ptinentibus ad cultum dei: ꝙ̄ etiā in p̄ceptis iudicialibus ptinentibꝰ ad iuſticiam inter hoīes cōſeruandam. ſꝫ lex noua: que ē lex libertať: huiꝰ determinationes non hēt: ſed ē cōtenta p̄ceptis moralibus naturalis legiſ ⁊ articulis fidei ⁊ ſacramentis grē. vnde ⁊ diciť lex fidei ⁊ lex gratie ꝓpter determinationem articulorum fidei efficaciam ſacramentoꝝ. Cetera vō que ptinēt ad determiātionē humanoꝝ iudiciorū. vel ad determiationem diuini cultus libere permiſit xp̄us: qui eſt noue legis lator: prelatis eccleſie ⁊ principibus xp̄iani populi determinanda. vnde oēs huiꝰ determinationes pertinent ad ius humanum in quo papa poteſt

diſpenſare. In ſolis vero his q̄ ſunt:
de lege nature ⁊ in articulis fidei ⁊ ſa
cramētis noue legis diſpēſare nō pōt
Hoc enim nō eēt poſſe pro veritate:
ſ3 cōtra ꝟitatē. Māifeſtū ē aūt ꝙ bi-
gamū non ꝓmoueri neqꝫ ē de lege na
ture: neqꝫ pertinet ad articulos fidei:
neqꝫ ē de neceſſitate ſacri. quod patet
ex hoc ꝙ ſi bigamus ordinetur: recipit
ordinis ſacramentum. ſed hoc perti-
in plurib⁹ locis ſm lr̄alē ſenſum mores inſtruit. ḡ moralis ſenſus nō debꝫ diſtingui a lr̄ali. ¶ Preterea ſicut xp̄s ē caput eccleſie militāt̄; ita ē caput triūphant̄. nec ē alius ⁊ ali⁹ xp̄s. ḡ nec ſēſus anagogic⁹ ꝑ quē aliqua exponunt̄ de eccleſia triumphāte debet eſſe alius ab allegorico q̄ aliq̄ exponunt̄ de xp̄o ⁊ eccleſia militāte. ¶ Preterea ſi iſti q̄tuor ſēſuſ eſſēt de neceſſitate ſacre ſcripture: quelibet pars ſacre ſcripture d̄beret hos quatuor ſenſus habere. ſed h̄ falſum eſt. Ut enim Auguſti. dicit ſup gn̄. ad lr̄am. In quibuſdā ſenſus lr̄alis querēdus eſt ſolus. ḡ hi q̄tuor ſenſus nō ſunt de neceſſitate expoſitionis ſacre ſcripture. ¶ Sed contra eſt quod Aug. dicit in principio ſup gn̄. ad lr̄aꝫ. In oīb⁹ libris ſanctis oportet intueri que ibi eterna intuentur. que ibi facta narrētur. que futura p̄nūciāt̄ que agenda percipiunt̄. ¶ Primum autē pertinet ad ſenſum anagogicū. ſcḋm ad hiſtoricū. tertiū ad allegoricū. quartū ad moralē. ḡ quattuor ſunt ſēſus ſacre ſcripture. ¶ Preterea Beda ſuper gn̄. in p̄n. dicit. Quattuor ſunt ſenſus ſacre ſcriptur̄. hiſtoria que res geſtas loquitur. alegoria in qua aliō ex alio intelligitur. tropologia: ideſt moralis locutio in qua de moribus ordinādis tractatur. anagogia ꝑ quā de ſūmis ⁊ celeſtibus tractaturi ad ſuperiora reducimur. ¶ R° dicendū ꝙ diſtinctio iſtorum quatuor ſenſuū hoc mō accipi debet. Sicut enim dictum eſt ſacra ſcriptura v̄itatem quā tradit dupl̄r manifeſtat per v̄ba ⁊ per rerū figuras. Manifeſtatio autē que ē per v̄ba facit ſenſum hiſtoricum ſiue lr̄alē. vn̄ totum id ad ſenſū lr̄alē pertinet qḋ ex ipſa v̄boꝝ ſignificatione recte accipit̄. Sed ſenſus ſpūalis vt dictū eſt accipit̄ vel ꝯſiſtit in h̄: ꝙ quedam res ꝑ figurā aliarū rerū exprimuntur q: viſibilia ſolēt eē figure inuiſibiliū; vt Dio. dicit. Inde ē ꝙ ſenſus iſte qui ex figuris accipit̄ ſpūalis vocat̄; v̄itaſ autē quā ſacra ſcriptura ꝑ figuras rerū tradit: ⁊ ad duo ordinat̄. ſ. ad recte credendū ⁊ ad recte operandū. Si ad recte operandū ſic eſt ſenſus moralis q̄ alio nomine tropologic⁹ dr̄. Si āt ad recte credendū oportet diſtinguere ſm ordinē credibilium. Ut enī Dio. dicit. 4. c. ce. ier. Stat⁹ eccleſie medi⁹ ē inter ſtatū ſinagoge ⁊ ſtatū eccleſie triūphantis. Uetus ḡ teſtamētū figura fuit noui. vetus ſimul ⁊ nouū figura ſunt celeſtiū. ¶ Senſus ḡ ſpiritual̄ ordinatus ad recte credendū pōt fundari in illo modo figurationis; quo vetus teſtamentū figurat nouū: ⁊ ſic eſt alegoricus ſenſus vel typicus. ſm ꝙ ea que in veteri teſtamento cōtigerunt exponuntur de xp̄o ⁊ eccleſia; vel poteſt fundari in illo modo figurationis; quo nouum ſimul ⁊ vetus ſignificant eccleſiam triumphantem. ⁊ ſic eſt ſenſus anagogicus. ¶ Ad p̄mū ḡ dō ꝙ hyrcus vel alia hu⁹ per que alie perſone a xp̄o in ſcripturis deſignant̄: non fuerunt res alique ſ; ſimilitudi̇es imaginarie ad hoc ſolum oſtenſe vt ille perſone ſignificarētur. Un̄ illa ſignificatio qua ꝑ illas ſimilitudines perſone ille aut regna deſignātur: nō pertinet niſi ad hiſtoricum ſenſum;

Sed ad chriſtum deſignandum eti-
am illa que in rei ꝟitate ꝯtingerunt
ordinātur ſicut vmbra ad ꝟitatem ⁊
ideo talis ſignificatio qua per hi⁹ res
xp̄us aut eius membra ſignificantur
facit aliū ſenſū ꝑter hiſtoricū.ſ.alego
ricū. Si alicubi ꝟo inueniatur ꝙ xp̄ſ
ſignificat̃ ꝑ hi⁹ imaginarias ſilitudi
nes.talis ſignificatio nō excedit ſen-
ſū lr̄alem:ſicut xp̄us ſignificat̃ per la
pidē qui exciſus ē de mōte ſine mani-
bus. Dan.z. ¶ Ad ſm dō ꝙ ſenſus
alegoricus nō ſolū pertinet ad xp̄um
rōne capitis:ſed etiam rōne membro
rū·ſicut ꝙ per duodecim lapides ele-
ctos de iordane· Joſue.1.ſignificant̃
duodecim apoſtoli· Sed moralis ſen
ſus pertinet ad membra chriſti.quan
tum ad proprios eorum actus: ⁊ non
ſm ꝙ ꝯſiderantur vt membra: Ad
tertium dicendū ꝙ moralis ſenſus ñ
dicitur omnis ſenſus per quem mo-
res inſtruūtur:ſ; per quem inſtructio
moꝝ ſumitur ex ſimilitudine aliqua
rū rerum geſtarum. Sic enim mora-
lis ſenſus eſt pars ſpūalis:ita ꝙ nun
ꝗ̄ eſt idem ſenſus moralis ⁊ lr̄alis.
¶ Ad quartu; dicendū ꝙ ſicut ſēſus
alegoricus pertinet ad xp̄m ſm ꝙ eſt
caput eccleſie militantis iuſtificans
eam ⁊ gratiam īfundēs: ita ⁊ ſenſus
anagogicus pertinet ad eum ſm ꝙ ē
caput eccleſie triumphantis glorifi-
cans eam. ¶ Ad quintum dicendum
ꝙ quatuor iſti ſenſus non attribuun
tur ſacre ſcripture vt in qualibet eius
parte ſit iſtis quatuor ſenſibus expo-
nenda.ſ; quādoq; iſtis quattuor.qñ;
tribus,qñq; duobus,qñq; vno tm̄.

Jn ſacra.n.ſcriptura precipue ex prio-
ribus poſteriora ſignificantur.⁊ ideo
qñq; in ſacra ſcriptura ſcd̄m ſenſum
litteralem dr̄ aliqd de ꝑori qd̄ poteſt
ſpūalr̄ de poſterioribꝰ exponi.ſ; nō cō
uertit̃. Jnter oīa aūt que in ſacra ſcri
ptura narrant̃:ꝑma ſunt illa,que ad
vetꝰ teſtamētum pertinet.⁊ iō que ſ;
lr̄alem ſenſum ad facta veteris teſta
mēti ſpectant poſſunt quatuor ſenſibꝰ
expōi. Secūda ꝟo ſūt illa que ꝑtinēt
ad ſtatum pn̄tis eccleſie:in quibꝰ illa
ſunt priora que ad caput pertinent reſ
pectu eorum que pertinent ad mem-
bra,q2 ipſū corpus veru; xp̄i ⁊ ea que
in ipſo ſunt geſta:ſunt figura corporiſ
xp̄i miſtici:⁊ eoꝝ que in ipſo gerunt̃
vt in ipſo.ſ.xp̄o exemplum viuendi ſu
mere debeamus· Jn xp̄o etiam futu-
ra gloria nobis premonſtrata eſt.vñ
ea que ad litteram de ipſo chriſto ca-
pite dicūtur pn̄t exponi ⁊ alegorice re
ferendo ad corpus eius miſticum: ⁊
moraliter referendo ad actus noſtros
qui ſm ipſum debēt reformari.⁊ ana
gogice:in quantum in chriſto ē nobiſ
inter glorie demonſtratū. S; quādo
ſm lr̄alem ſenſum dicit̃ aliquid de ec
cleſia:non poteſt exponi alegorice:ni
ſi forte ea que dicuntur de primitiua
eccleſia exponant̃ quantum ad futuꝝ
ſtatum eccleſie preſentis.poſſūt tamē
exponi moraliter ⁊ anagogice. Ea ve
ro que moraliter dicuntur ſm ſenſu;
lr̄alem non conſueuerunt exponi niſi
alegorice. Jlla ꝟo q̄ ſm ſenſum litte
ralem pertinent ad ſtatum glie nullo
alio ſenſu conſueuerunt expōi eo ꝙ ip
ſa non ſunt figura aliorum. Sed ab

omnibus alijs figurata.

Articulus .16ᵘˢ.

AD tertiū ſic ꝓcedit᷑. Ur̄ ꝙ in alijs ſcripturis ꝑdicti ſenſus diſtigui debeāt. Sēſus eniȝ ſpūales in ſacra ſcriptura accipiūtur ex q̇buſdā ſilitudinibꝰ. ſʒ i alijs ſciētijs ꝓcedit᷑ ēt ex q̇buſdā ſilitudibꝰ g̃ i ſcri/pturis aliaꝝ ſciaꝝ pn̄t ſēſus plures inueniri. Preterea poetice artis ē vti tꝫreꝝ aliq̇bꝰ ſilitudinibꝰ fict̄ deſignari. g̃ vr̄ ꝙ ⁊ in dictis poetaꝝ ſēſus ſpirituales īueniāt᷑: ⁊ nō ſolū i ſacra ſcriptura. Preterea phs dicit. ꝙ q̇ dicit vnum quodāmō multa dicit. g̃ videt᷑ ꝙ in alijs ſcientijs in vno ſenſu poſ/ſunt deſignari plures. ⁊ ſic nō ſolum ſacra ſcriptura hos ſenſus ſpirituales habet. Sed contra eſt quod dicit Gre. 22. morū. Sacra ſcriptura oēs ſciās atq̃ doctrinas ipſo etiam locutionis ſue more tranſcēdit. q̇ꝛ vno eo/demq̃ ſermone dū narrat geſtū ꝓdit miſterium. Rⁿ. dō ꝙ ſpūalis ſēſus ſacre ſcripture accipitur ex hoc ꝙ res curſum ſuum ꝑagentes ſignificāt aliq̇d aliud qd̄ ꝑ ſpūalem ſenſuȝ accipit᷑. Sic aūt ordinantur res in curſu ſuo vt ex eis talis ſenſus poſſit accipi qd̄ eius ſolius eſt qui ſua prouidentia reſ gubernat: qui ſoluſ deuſ eſt. Sicut .n. homo pōt adhibere ad aliquid ſigni/ficandum aliquas voces vel aliquas ſilitudines fictas. ita deus adhibȝ ad ſignificationeȝ aliquoꝝ ipſum curſuȝ rerum ſue ꝓuidētie ſubiectaꝝ. Signi/ficare aūt aliquid per v̄ba vel ꝑ ſimi/litudines fictas ad ſignificandū tan/tū ordinatas; nō facit niſi ſenſū lr̄alē vt ex dictiſ pȝ. Unde in nulla ſcientia humana induſtria inuenta ꝓprie lo/quēdo pōt īueniri niſi lr̄alis ſenſus. ſʒ ſolū in iſta ſcriptura: cuius ſpūs ſcūs eſt actor. homo v̄o inſtrm̄ ſm̄ illd̄ pſ. Lingua mea calamꝰ ſcribe ⁊c̄. Ad ꝑmū g̃ dō ꝙ in alijs ſcientijs ꝓcedit᷑ ex ſilibus argumētādo nō ꝙ ex v̄bis q̇bus vna res ſignificatur: ſignificet᷑ ⁊ alia res. Ad ſm̄ dō ꝙ fictōnes poetice nō ſūt ad aliud ordinate niſi ad ſignificādū. vnde taliſ ſignificatō nō ſuꝑgredit᷑ modū litteralis ſenſus. Ad tertiū dō ꝙ q̇ dicit vnū quodāmō dicit multa. ſ. in potētia. ſʒ ꝙ conclusiōes ſūt potētia i ꝑncipijſ. Ex vno .n. ꝑncipio multe ꝯcluſiones ſequūt᷑. nō ꝙ i alijs ſciētijſ ꝑ modū ſignificationis qd̄ dr̄ de vna re ſimul de alijs intelligat᷑ vt ſignificatū: licet inde tra/hi poſſit ꝑ argumētatōem ⁊c̄.

QUeſtio ē d̄ ope manuali circa qd̄ q̄runt᷑ duo. Primo vtꝝ opari manibꝰ ſit i ꝑcepto. Scdo vtꝝ ab h̄ ꝑcepto excuſent᷑ illi q̇ ſpūalibꝰ opibꝰ vacant.

Articulus .17ᵘˢ.

AD ꝑmū ſic ꝓcedit᷑. Ur̄ ꝙ operari manibꝰ ſit i ꝑcepto. 2. ad theſa. 3. Si q̇s nō vult opa/ri nō manducet. Audiuimꝰ .n. ⁊c̄. gl. Quod iō precipio q̇ꝛ audiuimꝰ. g̃ ⁊c̄. Preterea aug. in li. de opere monachoꝝ: Audiāt g̃ q̇bꝰ hoc ꝑcepit apl̄s qui nō habēt hāc poteſtatē. Preterea nulluſ debȝ excōmunicari vt iura dicunt niſi pro mortali. Sed nullꝰ peccat mortaliter niſi contra preceptum faciens. Cum g̃ ille q̇ ceſſat ab opere

manuali iure poſſit excōmunicari: vt patet per illud qđ dr̄·z. ad theſ.3. Si quis nō obedierit v̄bo noſtro per epiſtolā: hunc notate: ⁊ ne cōmiſceamini cum illo vt confundat̄. videt̄ ergo ꝙ operari manibus ſit in p̄cepto. Preterea ille qui peccauit tenetur penam đbitam pro peccato ſubire ex neceſſitate precepti. Sed oēs in Adā peccauerunt. ad ro·5. Pena autē peccati Ade eſt labor manualis. gn̄.3. In ſudore vultus tui veſcaris pane tuo. ḡ oībus eſt p̄ceptū manibꝰ laborare. Preterea ad eph.4· Qui furabatur iā non furet̄: magis autē laboret operādo manibus ſuis. Glo. Laboret operādo n̄ ſolum ꝑ ſeruos ꝫ etiam manibus· Illud autē quod ad omnes pertinet ē p̄ceptū nō cōſilium ḡ ⁊c̄. Preterea labor manualis neceſſarius eſt ad ſuſtētationē vite corporalis: ſicut actus virtutum ſunt neceſſarij ad ſuſtentationē vite ſp̄ūalis. Sed actus virtutū ſunt in precepto: ergo ⁊ laborare manibus. Preterea illđ ad quod ſequitur peccatum mortale non poteſt ſine peccato mortali fieri· Sed ad nō laborare ſequitur nō mādu care, quod qn̄ꝙ eſt peccatum mortale. z· ad theſ.3· Qui nō operatur nō māducet. ḡ non operari manibus eſt peccatū mortale. ergo eius oppoſitū eſt in p̄cepto. Sed ꝯtra Nō ē cōtrariū p̄cepto vel conſilio p̄ceptum domini vel cōſiliū. Sꝫ dn̄s vel precipiendo vel conſulendo dicit Mat.6. Nolite ſolliciti eſſe anime veſtre ⁊c̄. Huic autē cōtrariatur labor manuū. q: qui laborant manibus ſolliciti ſunt de neceſſarijs corporis, ergo labor manuū non ē in p̄cepto. Preterea lex vetus quantū ad precepta moralia ſufficiēter cōtinebat que neceſſaria ſunt ad ſalutē. Un̄ dn̄s Mat.18. Si vis ad vitā ingredi ſerua mādata ⁊ loquit̄ de mādatis decalogi. Unde ſubdit. Nō homicidiū facies. nō furaberis· ſꝫ ī p̄cepꝰ veteris legis nihil ꝯtiet̄ đ labor manuū ḡ labor manuū n̄ eſt ī p̄cepto. Preterea ad p̄cepta ſeruanda omnes tenent̄· Sꝫ ad labores manuū non omnes tenentur: alias q̄ ſunt diuites ⁊ manibus non laborant mortaliter peccarent. ergo labor manuum non eſt in precepto. Preterea ad precepta non magis tenentur religioſi ꝙ̄ ſeculares. Sed ad laborandū manibus vident̄ magis teneri religioſi ꝙ̄ ſeculares. Unde Augu· in li·đ operibus monachoꝝ. monachos rep̄hendit: quia non laborant. non autē alios ergo ⁊c̄. Preterea vſus liberalium artiū nobilior eſt ꝙ̄ mechanicarum: qui ī opere manuali cōſiſtit. Sꝫ vſus liberalium artiū nō ē in p̄cepto. ergo multo minus labor manuū. Rͦ dicendū ꝙ iudicium de vnaquaꝙ re ſumendū eſt ſm̄ finē ad quē ordinat̄· Labor autem manuum ad tria cē vtilis inuenitur. Primo ad ocium tollēdum. Unde Hiero. ad Ruſticū monachum· Semper aliquid operis facito. vt te diabolus inueniat occupatum: ⁊ ꝙ itelligat de opere manuali patet per illud quod ſubiungit· Vel fiſcellam texe iūco: ⁊ poſtea ſbdit: vel deſiderijs eſt omnis ocioſus. Secūdo ad corpus domādū. vn̄. z. ad cor. 6. Alijs carnis maceratiōibꝰ ꝯiūgit

vbi dr̄ in laboribus.ſ.operū: qꝛ mani
bus ſuis opabaẗ ⁊ ſubiungit. Jn vigi
lijs ⁊ ieiunijs ⁊c̄. 3° ordinaẗ ad q̄rē
dū victū. Act.2°. Ad ea q̄ mihi opꝰ
erāt; ⁊ his q̇ mecū erāt miniſtrauerūt
manus iſte. Si ḡ ꝯſidereẗ labor ma
nuū ſm ꝙ ordinaẗ ad tollendū otiuꝫ
vel corpus domādū: ſic idē iudiciuꝫ ē
de labore manuū ⁊ de alijs exercitijs
ad eadē ordinaẗ. Nō enī eſt ī ꝑcepto
ꝙ tollaẗ otiū tali aut tali occupatione
ſ̷ ſufficit ad otiū tollendū quacūqꝫ li
cita occupatiōe ab ocio quis deſiſtat.
⁊ ſic occupatio laboris manuum non
eſt in precepto: ꝯſiderato hoc fine. Et
ſimilis eſt ratio de labore manuū ſm
ꝙ ordinatur ad corpꝰ domādū: qui a
multis exercitijs corpꝰ domari poteſt
ſicut vigilijs ieiunijs: ⁊ multis huius
Unde nullū eoꝝ inquantuꝫ ordinaẗ
ad talem finem eſt in ꝑcepto in ſpāli:
quāuis in generali ſit ī ꝑcepto corpus
domare qualicūqꝫ exercitio: quo mor
tifere ꝯcupiē reprimāẗ. Secundū autē
ꝙ ordinatur ad victū querendū ſic vi
deẗ eſſe in precepto. Un̄ dr̄.i. ad theſ.
4. Operemini manibuſ veſtris ſicut
precepimus vobis; nec ſolū ī precepto
iuris poſitiui: ſed etiā iuris naturalis
Jlla enim ſunt de lege naturali ad q̄
homo ex ſuis naturalibus inclinatur
Sicut autem ex ipſa diſpoſitione cor
poris patet; homo naturalem ordina
tionē habet ad opꝰ manuale. ꝓpter ꝙ
dr̄ Job.5. Homo ad laborē naſcitur
⁊ auis ad volādū. Cū autē alijs aīali
bus natura ſufficienter prouiderit in
his que ad ſuſtentationem ſue vite ꝑ
tinent in cibis ⁊ armis ⁊ tegimentis
homini in his nō prouidit. quia ipſe
eſt preditus rōne: per quaꝫ ſibi poteſt
prouidere in omnibus ſupradictis. vn̄
⁊ erit ſibi loco omniū predictoꝝ ma
nus couenieēs ad diuerſa opera: quibꝰ
cōceptiones rōnis diuerſis artificijs
exequaẗ. vt dr̄.14. de aīalibus. Scien
dū tamē ē ꝙ duplex eſt preceptuꝫ legis
nature. quoddā quod ordinaẗ ad tollē
dū defectum vnius ſingularis ꝑſone.
vel ſpūale ſicut de actibus virtutū. vł
corporale ſicut preceptū quod dn̄ſ dedit
homini gn̄.2. De omni ligno quod ē
in paradiſo comede. ⁊c̄. Aliud ꝟo eſt
quod ordinaẗ ad tollendū defectū to
tiuſ ſpēi: ſicut hoc qd̄ dr̄ gn̄.i. Creſcite
⁊ multiplicamini ⁊ replete terram.
Jn hoc enī precipiẗ actus generatōis
quo natura ſaluatur ⁊ multiplicatur.
Hoc autem intereſt īter hec duo gn̄a
preceptoꝝ. qꝛ primū preceptū legis na
ture quilibet tenetur ſingulariter ob
ſeruare. ſ̷ ad ſm preceptū non tenetur
quilibet ſingulariter. Jn his enī que
pertinent ad ſpecieꝫ omnes homines
cōputandi ſunt quaſi vnus homo. par
ticipatione enim ſpeciei plures hoīes
ſunt vnus homo. vt dicit Porphirius
Sicut autē homo vnus habꝫ diuerſa
membra quibus occupatur ī diuerſis
officijs ordinatis ad tollendū ꝓpriuꝫ
defectum; que non poſſunt omnia per
vnum membrum exerceri: ſicut oculuſ
videt totū corpus; ⁊ pes totuꝫ corpus
portat: ita oportet eſſe in his que ad to
tam ſpeciem pertinent. Nō enim ſuf
ficeret vnus homo ad exercenda oīa:
quibus humana ſocietas indiget. Et
ideo diuerſis officijs oportet occupari

diuerſos,vt dicitur ad ro.12.Sicut in
vno corpore multa mēbra hēmus ⁊c.
Hec autē diuerſificatio hominū in di
uerſis officijs contingit.ꝑmo ex diui/
na ꝓuidentia;que ita hominū ſtatus
diſtribuit:vt nihil vnqꝫ deeſſe īuenia
tur de neceſſarijs ad vitā. Secūdo ēt
ex cauſis naturalibus; ex qb⁹ ꝯtingit
ꝙ in diuerſis hominibus ſunt diuer/
ſe inclinationes ad diuerſa officia vł
ad diuerſos modos viuendi. Quia
ergo labore manuū aliqͤs pōt ſubueni
re ⁊ proprio defectui ⁊ alieno; cū non
poſſit vnus homo ī omnibus ſibi ſuf/
ficere:ſed indiget alieno auxilio pa/
tet ꝙ preceptum de labore manuum
quodāmodo ſub vtroqꝫ genere predi/
catorum preceptorum continetur. In
quantum enim labore manuum vni⁹
ſubuenitur neceſſitatibus aliorum ſic
pertinet ad ſc̄m genus naturalium pre
ceptorum. Inquantum autem aliqͤs
per hoc ſuis neceſſitatibus ſubuenit;
pertinet ad primum genus:ſicut pre/
ceptum de comedendo. Preceptum
autem quod ordinatur ad tollendum
defectum corporalez non obligat niſi
defectu exiſtente.vnde ſi eſſet aliquis
qui poſſet viuere ſine cibo: non obli/
garetur precepto de comedendo. Sic
ergo preceptum de labore manuum
non obligat aliquem ſingulariter ſꝫ
ꝙ ordinatur ad tollendum defectum
cōmunez aliquo modo.neqꝫ ſc̄m ꝙ or
dinatur ad tollendū ꝓprium niſi defe
ctu exiſtente.⁊ ideo ille qui habꝫ vnde
licite viuere poſſit: non tenetur mani
bus operari.qui autē non habet vnde
alias viuat;vel niſi aliquo illicito ne

gocio victū acquirat; tenet manibus
laborare. Et h̄ patet ꝑ apoſtolū in tri
bus locis vbi de manuū opatione pre
ceptū dat. Primo ad ephͤ.4.vbi ꝓ/
hibēdo furtū iniungit manuū opatio
nē. Qui furabat̄ iam nō fueret. mag̃
autem laboret manib⁹ ſuis. 2ᵉ.i.ad
Theſ.4.vbi precipit labore manuum
ꝓhibēs cōcupiſcentiā rerū alienaruꝫ
Operemini inquit manibus veſtris
ſicut precipim⁹ vobis.vt honeſte am/
buletis ad eos qui foris ſunt:⁊ nulli/
us aliquid deſideritis. Tertio.2.
ad Theſ.3.vbi precipit operationem
manuum probibens turpia negotia;
quibus aliqui victum querebāt. Au
diuimus inquit inter vos quoſdā am
bulare in quiete nihil operantes; ſed
curioſe agentes. Glo. Qui feda cura
ſibi neceſſaria prouident. ⁊ ſubiungit
His autem quihuius ſunt denuncia/
mus ⁊ obſecramus in dn̄o ieſu chriſto
vt cum ſilentio operantes panem ſuū
manducent. Sciendum etiam eſt ꝙ
ſicut viſus ē ꝑncipalior inter alios ſē
ſus,ratione cui⁹ omnes alij ſenſus no
mē viſus ſortiuntur. vt Augu. dicit
ita manus q2 ad plirima opa neceſſa/
ria eſt.dr̄ organū organorum in.3.de
aīa.⁊ ideo per ꝓperationē manualem
intelligitur nō ſolū qd̄ manib⁹ fit:ſed
quocūqꝫ corporali inſtr̄o. ⁊ hr̄ qd̄cūqꝫ
officium hō agit de q̊ licite poſſit vi/
ctū acqͥrere ſub labore manuū ꝯphen
dit. Nō enim videt̄ rōnabile ꝙ ma/
giſtri artium mechanice poſſint viuē
de arte ſua ⁊ magiſtri artiuꝫ liberali/
um non poſſint viuere de arte ſua. Si
militer ⁊ aduocati poſſunt viuere de

patrocinio qđ p̄ſtāt in cauſis.⁊ ſilr̄ eſt
de oībus alijs licitis occupationibus.
Quia ꝗ̄ preceptū ē ꝫ nō oēs obligat:
ideo ad vtraſqꝫ rōnes rn̄dendū ē. Ad
p̄mū ꝗ̄ ⁊ ad ſm̄ pꝫ ſolutio ex dictis: qꝛ
cōcedimus laborē manuū eē ī p̄cepto
nō tn̄ oēs ad hoc ſingulariter obligari
Ad tertiū dđ ꝙ ſicut ex dictis patet
apl's loquit̄ in caſu illo qn̄ p̄termiſſo
labore manuū de fedis negocijs ſibi
victū acq̇rebāt. in q̄ caſu obligabant̄
ad p̄ceptū ſeruandū.⁊ ideo digni erāt
excōmunicari. Ad q̄rtū dđ ꝙ v̄ba
illa dei magis ſunt prenunciantis pe-
nā q̄ȝ precipientis ſatiſfactionē. Unde
premiſit. Maledicta terra in ope tuo
ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi.⁊
ſimiliter mulieri dixit. In dolore pa
ries filios. Et iō nō ſequit̄ ꝙ ad labo
randū quilibꝫ hō teneat̄ ex neceſſita-
te p̄cepti. alias ſequeret̄ ꝙ quilibet te
neret̄ ad agriculturā: de qua dominꝰ
ibi facit mentōnē. Ad quintū dđ ꝙ
vita ſp̄ualis a nullo pōt conſeruari ni
ſi per actus v̄tutū: ⁊ ideo quilibꝫ obli
gatur ad ſeruanda p̄cepta que ſunt de
actibꝰ v̄tutū: ꝫ vita ſp̄ualis a multis
poteſt cōſeruari ſine hoc ꝙ manibus
operent̄.⁊ ideo quāuis ſit generalr̄ in
p̄cepto: nō tamē quilibet ad obſerua-
tionē eius tenet̄. Ad ſextū dđ ꝙ nō
manducare nō eſt peccatum mortale:
niſi qn̄ ſine manducatione vita ſerua
ri non pōt: tūc enī aliqs nō mādücādo
ſeipſuꝫ occideret: ⁊ ſimiliter non opoꝛ
tet ꝙ aliquis peccet nō laborādo ma-
nibus: niſi quando alias vitam ſerua
re non poſſet niſi illicitis artis. ⁊ iō
cum illicite arte ſint modis omnibus
fugiende. ſub eadē diſtinctione poſuit
apoſtolus nō manducare ⁊ nō opera-
ri dicens. Qui nō vult operari nō mā
ducet. Ad primū autē eorum que i
cōtrarium obijciuntur dicendum ꝙ n̄
prohibet dominus apoſtolis omnem
ſollicitudinem. ſcilicet de his que per
tinent ad victum corporis. alias ipſe
loculos nō habuiſſet. ſed prohibet ſol
licitudinem ſuffocantem: qua mens
ſuffocatur dupliciter. Uno modo vt
in rebus temporalibus finem ponat
recte operationis.⁊ hoc deus prohibet
Unde Augu. dicit in libro de operi-
bus monachorum exponens illud.
Nolite ſolliciti eſſe ⁊c̄. Non vt iſta
non procurrent quantum neceſſitatis
eſt: quod honeſte poterunt. ſed vt iſta
non intueantur: ⁊ propter iſta faciant
quicquid in predicatione euangelij fa
cere iubentur. ⁊ habetur in gloſa. i. ad
Theſal. 4. Secundo ſuffocatur mēs
predicta ſollicitudine quando fiduciā
de deo amittit. ⁊ hoc dominus prohi-
bere intendit. Unde dicit glo. ſuper
illud Mat. ſexto. Hoc exemplo non
prohibet prouidentiam ⁊ laborem ſci
licet de auibus ⁊ lilijs. Sed ſollicitu-
dinem vt tota fiducia noſtra ſit in deo
per quem ⁊ aues ſine cura viuunt.
Ad ſecundum dicendum quod nō
omnia que ſunt in precepto continen
tur explicite in preceptis decalogi.
Sed ad ea poſſunt redaci cum impli
cite in eis contineantur. Et ſic prece-
ptum de labore manuum per quem vi
ta corporalis conſeruatur: ⁊ reducitur
ad hoc preceptum. Non occides: ſi-
cut etiam preceptum de manducando

vel ad hoc preceptum. Non furtū facies. q̄ omne illicitū lucrū: qḋ p laborē manuū euitat̄ ꝓhibet̄. Ad tertiū dō ꝙ in q̄lʒ precepto duo ſunt conſideranda. ſ. finis precepti ⁊ poſſibilitas obſeruādi. q2 oīa precepta cuiuſlibʒ legis ſunt ordinata ad aliquod bonuʒ inducēdū: vel malū tollēdū. nec aliq̄d īpoſſibile p̄cipi pōt. Uñ dicit Hiero. Qui dicit deū aliquid p̄cepiſſe ipoſſibile anathema ſit. Si ḡ ſit tale p̄ceptum qḋ nullo mō reddi poſſit: impoſſibile obſeruādū. ⁊ ſine eo finis intentus hēri nō poſſit: obligatio illiꝰ p̄cepti ſemp manet: ſicutē in preceptis de actibus v̄tutū. q2 ad minus actus interiores ſemp ſunt in hoīs poteſtate ⁊ ſine eis vita ſpūalis conſeruari non poteſt, vt dictū eſt. Duobus ḡ modis p̄ceptū de operatōe manuū obligationem amittit. Uno modo quando aliquis redditur impotens ad laborandum propter corporis imbecilitatem. Alio modo qñ finem huius p̄cepti. ſ. conſeruationem corporalis vite conſequi poteſt ſine labore manuū vt ex dictis patet. Ad quartum dō ꝙ ad laborem manuum per ſe loquēdo equaliter religioſi ⁊ ſeculares tenent̄. quod patet ex duobꝰ. Primo ex v̄bo apoſtoli. 2. ad. theſ. 3. vbi ponit dō opere manuum preceptum dicens.

Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate ⁊c̄. Fratres enim omnes Chriſtianos vocat. Non enim tunc temporis aliqui religioſi determinati erant. Secundo patet ex hoc ꝙ religioſi nō tenent̄ ad alia ꝗ̄ ſeculares; niſi ad ea quibus ſe ex voto obligauerunt. ſ3 per accidens contingit ꝙ hoc preceptuʒ magis tāgit religioſos ꝗ̄ alios. ⁊ de hoc dupliciter. Primo q2 religioſi ī paupertate viuunt vñ facilius poteſt eis accidere ꝙ non habeant vnde viuant aliis ſecularibus. Secundo ex ſtatuto regule in aliquibus ordinibus. Unde dicit Hiero. in epiſtola ad ruſticum monachum. Egyptiorum monaſteria hunc tenent morem vt nullum abſq3 oper̄ ⁊ labore ſuſcipiant. non taʒ propter victus neceſſaria: ꝗ̄ ꝓpter anime ſalutem. ne vagetur pernitioſis cogitationibus. ſicut etiam ad vigilias ⁊ alia: quibus domatur corpus: tenētur quādoq3 religioſi ex ſtatutis ſuis ad q̄ ſeculares non tenentur. Ad quintuʒ dicendum ꝙ quāuis vſus liberaliuʒ artium ſit nobilior; non tamen ita ē neceſſariꝰ ad vitam corporis ſuſtētādam. Et preterea ſub operatione manuum ꝯphēdit̄. ſicut ex dictis p3 ⁊c̄.

Articulus. 18ꝰ.

Circa 8m ſic ꝓceditur. Uidetur ꝙ illi q̄ ſpiritualibus opibus vacant non excuſentur a labore manuum. i. enim ad theſ. 3. ſup illud. Si quis non vult opari ñ mäducet dicit glo. aug. Dicunt q̄daʒ de opibus ſpiritualibꝰ h̄ aplʒ p̄cepiſſe ⁊ poſtea ſubdit. Sed ſupflue conāt̄ ⁊ ſibi ⁊ ceteris caliginē obducere: ut qḋ caritas vtiliter monet non ſolum facere nolint ſ3 nec intelligere. ⁊ ita videtur ꝙ per ſpiritualia opera a labore manuum nō excuſent̄. Preterea inter omnia ſpiritualia maxīa ſunt oro lectio ⁊ p̄dicatio. S3 per iſta opa nō

excuſantur aliqui a labore mãuali.er-
go ꝛc̃.Probatio medie.aug̃.dicit ĩ li
bro de operibus monachoꝝ.Quid a
gãt q̇ operari corporaliter nolũt.ſci-
re deſidero ꝛc̃.vacent orõnibꝰ iquiũt
ꝛ lectõibꝰ ꝛ v̾bo dei.ꝛ poſtea ſb̄dit.ſ3
ſi ab his amouẽdi nõ ſumꝰ nec mãdu
candũ ē neceſſe p̄pande.Si autē ab
iſta vacare ſeruos dei certis interual
lis temporꝝ infirmitatis neceſſitas co
git:cur etiam nõ p̄ceptis apoſtolicis
obſeruãdis aliq̃s ptes tporꝝ deputa-
mꝰ.Et q̃tũ ad orãtes dicit.Citiꝰ ex-
audit̃ vna obedient̄ oratio q̃ꝫ decem
millia ↄtẽnẽtis.Quãtũ v̾o ad pſallẽ
tes ſubdit.Cantica diuina cantar̃ eti
am manibus operantes facile poſſũt
ꝛ ip̃m laborem diuino tanq̃ꝫ celeuma
te ↄſolari.Quãtum vero ad legenteſ
ſubdit.Qui autem dicunt ſe lectioni
vacare:nõne illic inueniunt quod p̄-
cepit apoſtolus.Que eſt ergo iſta ꝑ-
uerſitas:lectioni nolle obtemperare:
dum vult ei vacare. Quis enim ne
ſciat tanto citius quẽcũq̃ꝫ ꝑficere cũ
bona legit:quãto citius facit quod le
git.Quantum vero ad predicãtes ſb̄
iungit.Si aũt alicui ſermo eſt erogã
dus.ꝛ ita ſe occupat vt manibus ope
rari non vacet:nunquid hac omnes
poſſunt in monaſterio veniẽtibus ad
ſe vel diuinas lectiones exponere:vel
de aliquibus diſputationibuſ ſalubri
ter diſputare.Quando ergo non om
nes poſſunt:cur ſub hoc obtentu om-
nes vacare volunt:quãq̃ꝫ ꝛ ſi omnes
poſſent viciſſitudine facẽ deberent:ꝛ
non ſolũ vt ceteri a neceſſarijs actibꝰ
occuparentur:ſed quia ſufficit vt plu-
ribus audientibus vnus loquatur.

Preterea clericiˡ maxime operibus
ſpiritualibus occupantur.ſ3 ipſi tenẽt
ad laborem manuum.g̃ ꝛc̃.Probatõ
medie.Diſtinctione.8i.dicitur.Cleri
cus victum aut veſtitũ ſibi artificio
vel agricultura abſq̃ꝫ officij ſui dũta
xat detrimẽto preparet.Itẽ in alio.c.
Clericꝰ qui verbo dei eruditus ē:arti
ficio victum q̃rat. Item oẽs clerici
q̇ ad opandũ validi ſũt ꝛ artificialia
ꝛ litteras diſcãt.Preterea religioſi
qui omnia reliq̃rũt maxime opibꝰ ſpi
ritualibus vacant.Sed tales tenent̃
ad manuum laborẽ.g̃ ꝛc̃.Probatio
medie.Luce.iz.Vendite que poſſi-
detis.Glo.Nõ tm̃ cibos veſtros cõi
cate pauperibus.ſed etiam vendite
poſſeſſiones veſtras:vt omnibus ve-
ſtris ſimul pro domino ſpretis:poſtea
labore manuum operemini.vnde vi-
uatis ꝛ elemoſinam faciatis. Pre
terea decretum dicit diſtinctione.zz
q̄ ille eſt hereticus qui facit cõtra ſta
tutum eccleſie romane.Sed illi qui
mendicant non laborantes proprijs
manibus faciunt contra ſtatutū Ca
lixti pape.iz.q.i.Videntes ſummi
ſacerdotes ꝛc̃.vbi dr̄ q̄ eccleſia ſtatu
it q̄ inter eos qui communi vita de-
gere volunt nullus egens inueniat̃.
ergo religioſi propter opera ſpiritua-
lia non excuſantur a labore manuū.
immo ſi mendicant ſunt heretici.

Preterea ille qui exponit ſe pericu-
lo mortis peccat quaſi temptans deũ
ſicut ſi aliquis videret vrſum veniẽ-
tem in furia ꝛ deponeret arma:quibꝰ
poſſet ſe defendere temptaret deum,

Sed ille qui relinquit omnia ⁊ nō la
borat manib⁹: abicit a ſe neceſſaria vi
ctus q̀bus reſiſtit̃ cōſumptioni que fit
in corpore p̱ calorē naturalē ꝗ tal̃ pec
cat quaſi tēptans deū. Preterea ad
phi.3. dicit apoſtol⁹ Imitatores mei
eſtote fratres. Sed ipſe quāuis p̄dica
ret ⁊ operib⁹ ſpūalib⁹ vacaret; nihilo
minus opere manuū victū querebat.
2. ad theſa.3. Ipſi ſcitis quēadmodū
⁊ vos oporteat imitari ⁊ vos quoniā
nō inquieti fuim⁹ apud vos: neq̧ gra
tis panē mādūcauim⁹ ab aliquo: ſed
ī labore ⁊ fatigatiōe nocte ac die ope
rantes: ne quē veſtrum grauaremus
ꝗ ⁊c̄. Preterea gn̄.23. ſuper illud.
Confirmatus eſt ager ⁊c̄. dicit gloſa
ꝙ perfectus predicator animā ſuā ab
ſcondit ſub bone operationis ⁊ contē
plationis regimine. ⁊ ita illi qui ope
ribus ſpūalibus inſiſtunt per contem
plationem debent etiam operibus ex
terioribus vacare per actionem. ⁊ ſic
opera ſpūalia non excuſant a labore
manuum. Sed cōtra. Luc.9. Sine
vt mortui ſepeliant mortuos ſuos di
cit glo. Dominus docet minora bona
pro maioribus eſſe dimittenda. Sed
opera ſpūalia ſunt maiora bona quā
opera manualia. ergo d̾bet hec preter
mittere ꝓpter illa. Preterea opera
pietatis ſunt potiora ꝙ̄ exercitia cor
poralia. i. ad thi.4. Corporalis exer
citatio ad modicum vtilis eſt. pietas
autē ad omnia valet. Sed opera miſe
ricordie ⁊ pietatis ſunt dimittenda:
vt vacetur predicationi actuū.6. Nō
eſt equū nos relinquere verbū dei ⁊c̄:
Luce.9. Sine mortuos ſepelire mor
tuos ſuos: tu autem vade ⁊ annuncia
regnum dei. ꝗ multo fortius ꝓpter p̄
dicationem ⁊ alia opera ſpūalia ē di
mittēdum opus manuale; ⁊ alia que
ad exercicationem pertinent corpora
lem. Preterea.2. ad thi.2. Nemo
militans deo implicat ſe negocijs ſe
cularibus. Glo. Illa ſunt ſecularia
negocia quibus animus occupat̃ colli
gende pecunie cura. Sed qui operan
tur manibus habent curam de colli
genda pecunia: ergo implicanatur ne
gocijs ſecularibus. Et ita illi qui mi
litant deo in ſpūalibus operibus non
debent operibus manuum occupari.
Rᵒ. dicendum ꝙ veritas huius que
ſtionis apparet ex his que in ſuperio
ri queſtione ſunt dicta. Dictum eſt
enim ſupra quod illi tantum obligan
tur ad obſeruationem huius prece
pti. ſcilicet de opere manuum: qui
non habent alias vnde licite viuere
poſſint ⁊ ideo qui ſpiritualia opera ex
ercēt; ⁊ poſſunt alias licite viuere ꝙ̄
de labore manuum; non tenentur ma
nibus laborare. Vn̄ diſtingundū vi
det̃ de operibus ſpiritualibus. Sunt
enim quedā bona ſpiritualia que ī bo
num cōmune cedunt. quedam vero q̄
ad ſingularem profectum faciētis per
tinent. Eis autem qui in ſpūalibus
operibus occupantur ad vtilitatē cō
munem ꝑtinentibus debet prouideri
de his quoꝝ vtilitati deſeruiunt. qđ
patet per auctoritatē. i. ad cor̄.9. Si
nos vobis ſpūalia ſeminam⁹: non ē
magnum ſi carnalia veſtra metamus
Hoc etiam patet per rationem. quia
vtilitas ſpiritualis prefertur corporali

Eis aūt qui vtilitati cōmuni deſerui
unt: in tēporalibus debet̄ ſuſtētatio ex
proprio labore: quo vtilitati cōmuni
deſeruiunt: ſicut patet de militibus q̄
pro pace reipublice militant. Unde ꝑ
ad co. 9. Quis militat ſuis ſtipēdijs
vnq̄. Un̄ multo magis q̄ in ſpūalib⁹
bonū ꝓmouent in tali miniſterio ſu-
ſtentari poſſunt. ⁊ ſic nō tenent̄ mani
bus laborare. Sunt autē quatuor opa
ſpūalia quib⁹ cōmunis vtilitas ꝓmo
uet̄: ⁊ ex hoc eis ſtipēdia debent̄. Pri-
mū eſt occupatio ī iudicijs eccleſiaſti-
cis exequēdis. Dī enī ad ro. 13. De po-
teſtate ſeculari que iudiciū ſeculare ex
ercet. ideo ⁊ tributa pſtatis. ſ. iudicib⁹
miniſtri enim dei ſunt in hoc ipſuz ſer
uientes vobis. Et propter hoc Aug.
dicit in libro de operibus monachoꝝ.
Q̄d debent manuū operibus inſiſter̄
illi dumtaxat qui ab eccleſiaſticis oc
cupationibus vacant. vnde ⁊ ſe excu-
ſat a labore manuum propter iudicia
eccleſiaſtica q̄bus occupabatur dicenſ
Quem dicere poſſumus quis militat
ſuis ſtipendijs vnquam. ⁊c. tamen do
minū noſtrū ieſum xp̄m teſtem īuoco
ſuper aīam meam: quoniam quantuz
ad meū attinet cōmodum: multo mal
lem ꝑ ſingulos dies certis horis q̄tū
in bene moderatis monaſterijs con-
ſtitutū eſt: aliquid operari manibus.
⁊ certas horas habere ad orandū ⁊ le
gendū: aut aliquid de diuinis litteris
agendum libros: q̄ tumultuoſiſſimaſ
perplexitates aliarū cauſarum pati de
negocijs ſecularibus vel iudicādo di-
rimēdis: vel interueniēdo precipiendis
ſm opus ſpūale qd̄ ī bonū cōmune re-
dundatē opus p̄dicatiōis: quo fruct⁹
aīarū ī populo ꝓcreat̄. Et iō vt dī. i.
ad Co. 9. Dn̄s ordinauit his q̄ euan
geliū annūciāt de euāgelio viuere de
bent: nec debet hoc referri tm̄ ad illos
q̄ habēt auctoritatē pdicandi: ſicut ſūt
p̄lati: ſ etiā ad eos q̄ qualitercūq̄ li-
cite p̄dicant ex cōmiſſione p̄latoꝝ: qa
ſtipēdia nō debent̄ poteſtati ſ operi ⁊
labori. vt dī. 2. ad Thi. 2. Laborātē
agricolā oportet p̄mū de fructib⁹ per-
cipere. Glo. ſcꝫ p̄dicatorē qui ī agro ec
cleſie legione verbi excolit corda au-
ditoꝝ. nec tantū illi q̄ p̄dicant pn̄t de
euāgelio viuere: ſed etiam illi qui eis
miniſtrant ad hoc officiū cooperātes
quod patet ad ro. 15. Si ſpūalium par
ticipes facti ſunt gentiles. debent etiā
in carnalibus miniſtrare eis. Gloſa
Coꝝ. ſ. iudeorū qui miſerunt predica
toreſ ab ieroſolimis. Unde etiam illi
qui predicatores mittunt pn̄t de fructu
euangelij viuere. Tertium opus ſpūa
le quod cedit in bonum cōmune ſunt
orōnes que fiunt in horis canonicis
ad ſalutē eccleſie: vt auertat̄ ira dei a
pplo. Ezech. 13. Nō oppoſuiſtis vos
murū pro domo iſrael: vt ſtaretis in p̄
lio in die dn̄i. Glo. Precibus dimicā
tes ⁊ diuine ſn̄ie reſiſtentes. ⁊ iō dī. i.
ad cor. 9. Q̄d q̄ altario deſeruiunt cū
altario pticipant̄. Et de his duobus
operibus dicit Aug. in li. de operib⁹
monachoꝝ. Si euāgeliſte ſūt fateor
habēt ptātē. ſ. viuēdi de ſumptib⁹ fide
liū. qꝛ de h̄ loquit̄. Si miniſtri alta-
ris diſpēſatores ſacramentorum ſunt
Unde ſibi iſtam non arrogant: ſ
vendicant poteſtatem.

Quartum opus ſpirituale quod redũdat in bonũ cõe eſt elucidatio ſacre ſcripture. Qui .n. elucidatõi ſacre ſcripture vacãt ad alios iſtruẽdũ: põt de hoc opere ſpũali viuere. i. ad Thi. 5. Qui bene pſũt pſbri duplici bono re digni hẽant. maxime aũt qui laborãt in vbo ꝛ doctrina. glo. Ut eis ſpiritualr obediãt ꝛ exteriora miniſtrẽt Qui laborãt i vbo. Glo. in exhortatione ſciẽtiũ ꝛ doctrina neſciẽtiũ. Et hoc etiam planius dicit Hieronymuſ ad Uigilantium. Hec in iudea vſqꝫ hodie perſeuerat conſuetudo: non ſolũ apud nos ſed etiam apud hebreos vt qui in lege domini meditantur die ac nocte: ꝛ patrem non habent in terra niſi ſolum deum ſinagogarum totius orbis foueantur miniſterijs.

Patet ergo ꝙ illi qui predictis operibus ſpũalibus vacant: non tenentur mãibus laborare. De his aũt qui vacant ſpũalibꝰ que nõ directe in bonũ cõe redũdant: ſꝫ in bonũ facient̃ ſicut ſunt orationes ꝑuate. ieiunia. ꝛ hꝰ diſtinguendum eſt. qꝛ aut illi qui in religione iſtis operibꝰ occupant̃ habẽt in ſeculo vnde viuerent ſine labore manuum. aut non. Si ſic: tales cum ad religionem veniunt: non tenentur manibus laborare. Unde augu. in libro de operibuſ monachorum. Si habebant aliquid in hoc ſeculo: quo facile ſine opificio ſuſtentarent vitam ſuam: quod conuerſi ad deum indigẽtibꝰ diſpartiti ſunt. ꝛ credenda eſt eorum infirmitaſ ꝛ ferenda. Solent. n. tales languidius educati laborez corporalem ſuſtinere non poſſe. Si autem in ſeculo opifices fuerunt de labore manuum viuentes: tunc eſt duplici cauſa venientes ad religionem poſſunt laborem manuum intermittere: vno modo ex pigricia operanci volentes in ocio viuere; ꝛ tales peccant. Et hoc eſt quod dicit augu. in ꝑdicto li. Pleriqꝫ veniũt ad profeſſionẽ ſeruitutis dei: ꝛ ex ꝓfeſſione ſeruili ꝛ vita ruſticana ꝛ ex opificũ exercitatione ꝛ plebeio labore. ꝛ poſtea ſubdit. Tales ergo ſm ꝙ minus operantur de infirmitate corporis excuſare ñ poſſunt. preterite quippe vite conſuetudine conuincũtur. ꝛ interpõit. Nõ enim apparet vtꝝ ex ꝓpoſito ſeruitutis dei venerint: an vitam inopem ꝛ laborioſam fugientes. Alio modo ĩtermit aliquis opuſ manuale ex intẽtione diuini amoris. quo ad opus cõtemplationis quaſi continue eleuantur. tales cum ſpiritu dei agantur nõ peccant. quia vbi ſpiritus domini ibi libertas. Unde Gregorius dicit ſuper Ezech. Contemplatiua vita eſt caritatem dei ꝛ proximi toto corde retinere. ab exteriori actione quieſcere ſoli deſiderio conditoris inherere vt nihil iam agere libeat. Et hoc idem hẽtur in quadam glo. gñ. 23. Confirmatus eſt ager ꝛc. Cõtemplatiua vita a ꝯctis actionibus funditus diuidit. Et hoc ẽ quod hꝛ Math. 6. i gl. ſuper illud. Conſiderare volatilia celi ꝛc. Sancti viri auibus comparantur quia celum petunt: ꝛ quidem ita remoti ſunt a mundo vt iaꝫ in terris nihil agant. nihil laborent. Sed ſola contemplatione iam in celo degunt.

Ad primum ergo dicendũ ꝙ gl'. illa ſumit̃ ab aug. ĩ li. de opib⁹ monachoꝝ: q̃ libꝝ illũ ſcripſit ꝯ q̃ſdã mõachos q̃ dicebãt ꝙ nõ licebat ſuis dei manib⁹ laborare. ⁊ hoc qd̃ dicit apls q̃ nõ vult opari nõ mãducet: exponebãt de opere ſpũali. quã expoſitõnem aug. in li. illo multiplr̃ iprobat. Unde dicẽdũ ẽ ꝙ illud apoſtoli. Qui nõ vlt opari nõ mãducet ⁊c̃. de opere manuali intellr̃. nõ tñ ſequit̃ ꝙ ad hi⁹ iple tõeꝫ precepti omneſ teneant̃. Ipſe. n. nõ tenebat̃. vñ ꝑmiſit. Non quaſi ñ habuerimus ptãtẽ. ſ. ſumpt⁹ accipiendi ⁊ viuẽdi ſine labore manuum. vñ pꝫ ꝙ glo. illa nõ eſt ad ꝓpoſitum.

Ad ſcḿ dd̃ ꝙ in omnibus operibus que tangit obiectio diſtinguẽdum eſt qꝛ vel põt eſſe quaſi publica opera vl' priuata. Loquitur autem Augu. de illis operibus ſpũalib⁹ ſcḿ ꝙ ſũt opa ꝑuata. Intelligit. n. de orõnibuſ ⁊ cãticis priuatis: non de his que in eccleſia ſolẽniter celebrantur qd̃ pꝫ ex hoc ꝙ dicit ꝙ poſſũt ſimul qui manibus operant̃ diuina cantica cantare. quod nõ eſſet conueniẽs ſi de horis canonicis ĩtelligeret̃. Silr̃ qd̃ dicit de lectionibus loquit̃ de illis q̃ vacãt lectioni ad ꝯſolatõeꝫ ꝓpriã tm̃. ſicut in monaſterijs monachi faciũt. non autem d̃ illis quoꝝ vita ſtudio ſcripturaꝝ deputatur ad ſuam ⁊ aliorum inſtructionem. Nõ ẽ. n. dubiũ ꝙ p laborẽ manuuꝫ ſtudiũ impediret̃. Silr̃ qd̃ dicit de ꝑdicatõe. intelligendũ eſt de illis qui nõ publice predicãt: ſꝫ aliqua v̓ba edificatoria hoĩbus ad ſe venientib⁹ loquũt̃: ſicut ſancti patres in heremo facere conſueuerũt. ⁊ hoc patet ex ipſis verbis ſupra inductis. vnde etiam dicit. Si ſermo erogandus ẽ ⁊c̃. qꝛ vt dicit glo. i. ad coꝛ. z. ſup illd̃. Sermo me⁹ ⁊ ꝑdicatio mea. Sermo ẽ q̃ priuatĩ fiebat: ſꝫ ꝑdicatio q̃ fiebat in cõi

Ad tertiũ dd̃ ꝙ decretũ loquit̃ de illis clericis q̃bus nõ ſufficiũt oblationes ⁊ elemoſine q̃ eis a fidelibus fiunt: vel eccleſie facultates. Eadẽ enĩ rõ ẽ de illis q̃ viuũt de facultatib⁹ eccleſie: ⁊ de illis q̃ viuũt particulariter de elemoſinis. qꝛ facultates eccleſie elemoſine ſunt ⁊ ad ſuſtentatõeꝫ pauperum dant̃. Uñ dicit glo. ſup illud Iſa. 3. Et rapina paupis ĩ domo v̓ra. In domib⁹ ꝑncipũ rapina pauperuꝫ eſt: dũ eccleſie opes ſibi theſaurizant ⁊ in delitijs abutũtur: que ad ſuſtẽtatõem paupeꝝ dant̃. Et de hoc habet̃ iz. q. i. ꝓpter qd̃ ẽt dĩ. 3. q. z. Sacerdos. Qd̃ ſacerdos cui diſpẽſatõis cura ꝯmiſſa eſt cum laude pietatis accipit a populo diſpenſanda ⁊ fidelit̃ diſpenſat accepta. quia omnia ſua aut relinquit parentibus: aut diſtribuit pauperibus: aut eccleſie rebus adiunxit: ⁊ ſe in numero pauperum paupertatis amore conſtituit. vt vnde pauperibus ſubminiſtrat inde ⁊ ipſe tanq̃ paup voluntarius viuat. Et ſic pꝫ ꝙ clerici q̃ de eccleſie reb⁹ viuũt eãdem rõneꝫ vtendi eis hñt: ſicut illi qui facultatibus carentes de elemoſiniſ ſibi datiſ viuunt

Ad q̃rtum dd̃ ꝙ gloſa illa nõ ĩponit neceſſitatem his qui ſua relinquunt vt manibus opẽtur. ſed oſtẽdit quoddam bonum quod facere põt qui ſua relinquunt. vt. ſ. ex manuum

laboꝛe acquirant vnde ſibi pꝛouideãt
⁊ elemoſinas alijs faciant, nec tñ per
h̄ excludit̃ qn etiã bñ faciãt ſi mani-
bus nõ laboꝛãtes ſpũalib⁹ elemoſinis
vacẽt; q̃ ſũt coꝛpoꝛalib⁹ potioꝛes, Ad
q̇ntũ dõ ꝙ illi⁹ rõnis ꝑma falſa eſt.
Nõ.n.q̇ facit ꝯ ſtatutũ pape ẽ hereti
cus; niſi foꝛte credat pape nõ eẽ obedi
endũ. vñ .i.c. ĩducto di. Qui romãe ec
cleſie ꝑuilegiũ ab ipſo ſũmo oĩum ec-
cleſiaꝝ capite traditum auferre conã
tur; hi proculdubio in hereſim labunt̃
priuilegiũ autez ꝑdictũ ꝯſiſtit in hoc
ꝙ ei dꝫ ab omnibus chꝛiſtianis obe-
diri. Silr̃ etiam minoꝛ eſt falſa. Nõ
enim eſt cõtra ſtatutũ eccleſie ꝙ ali-
q̇s mẽdicet; vl' ſe in ſtatu egeſtatis po
nat. ſʒ hoc eſt contra ſtatutum ecclie;
ſi ab eis qui facultates eccleſie poſſi-
dent; eoꝛum neceſſitatibus nõ ꝓuidet̃.
Vñ hec ſunt verba capituli inducti
ex quibus .ſ. reb⁹ ecclie epi ⁊ diſpenſa
toꝛes eaꝝ oĩbus ꝯmuni vita degere
volẽtibus miniſtrare ꝯcta neceſſaria
debẽt; ꝓut melius poterũt; vt nemo ĩ
eiſ egẽs inueniatur. Ad ſextũ dõ ꝙ
illi qui relinquunt oĩa nihil ſibi reſ-
uantes; nec manibus opantes nõ ꝑꝑ
hoc diſcrimini ſe exponũt, qꝛ deuotio
fidelium tanta ꝓbabiliter eſtimatur
⁊ experimento diſcit̃; ꝙ eis in neceſ-
ſarijs ꝓuidet. Nec etiã temptãt deũ;
qꝛ ipſe ꝓmiſit mouendo coꝛda alioꝝ
eis in neceſſitatibus ꝓuidere, vt patꝫ
Mat.6. Et quedam glo. dicit Luce
8. Tãta ꝑdicatoꝛi dꝫ eẽ fiducia ĩ deo
vt pꝛeſentis vite ſumptus ⁊ ſi non pro
uideat; ſibi tamẽ nõ defutura certiſſi-
me ſciat; ne dũ occupatur mens ad tẽ
poꝛalia; minus pꝛedicet eterna. Si-
milr̃ ſi aliq̇s eẽt inter armatos q̇ de-
fenderẽt ⁊ aliq̃ cã arma deponeret; ñ
tẽptaret deũ. Si aũt eẽt ſolus; videre
tur tẽptare deũ; niſi foꝛte interioꝛi in-
ſpiratõe ſecur⁹ eẽt de diuino auxilio;
ſicut beat⁹ Marti. dixit. Ego ſigno
crucis ñ clipeo ꝓtectus aut galea ho-
ſtiũ cuneos penetrabo ſecurus. Silr̃
videret̃ eſſe dei temptatio; ſi aliquis ĩ
ter ĩfideles vel hoĩes inhoſpitales de
neceſſarijs vict⁹ ſibi nõ ꝓuideret. vñ
dicit glo. Luce.22. ſup illud. Qui hꝫ
ſacculum tollat ⁊c̃. In hoc nobis da-
tur exẽplũ vt nõnũq̃ꝫ cauſa inſtante q̃
dã de noſtri ꝓpoſiti rigoꝛe ſine culpa
intermittere poſſimus; verbi gratia.
Si per ĩhoſpitales regiones iter agi
mus plura viatica licet poꝛtare q̃ꝫ do-
mi habeamus. ⁊ tamen in deſerto ali
qui ſine laboꝛe manuum ſuſtẽtati ſũt
pane diuinit⁹ miſſo, vt in viris patrũ
legitur. Sed ꝑuilegia paucoꝛum non
faciunt legem cõmunem. Ad ſepti
mum dõ ꝙ hoc ꝙ apl's laboꝛauit cũ
poſſet de euangelio viuere; fuit ſuper-
erogationis, vt patet .i. ad coꝛ.9°. Et
ideo alijs pꝛedicatoꝛes nõ tenẽtur eũ
in hoc imitari. Sciẽdum tñ ꝙ ꝑdica
toꝛ aliqñ bñ faceret nõ accipiendo ſũ
pt⁹ ab his q̇b⁹ ꝑdicat; ſʒ de laboꝛe ma
nuum viuẽdo in caſib⁹ .ſ. illis in q̇b⁹
apoſtol⁹ laborabat .ſ. ne ſcãdalizaret
eos quibus ꝑdicabat; qui ꝓpter aua-
ritiam dare ſumpt⁹ grauabant̃; ⁊ hãc
cãm ponit .2. ad theſ.3. Nocte ac die
laboꝛãtes ne quem veſtꝝ grauarem⁹.
Item ⁊ ſuo exemplo alij ab otio
retraherentur. vnde ibidem ſubdit

non quaſi nos non habũerimus poteſtatem:ſed vt nos metipſos formam daremus vobis ad imitandum nos Jtem ad reprimendum rapacitatem pſeudo apoſtolorũ· Uñ dicit.i.ad cor.xi. Quod autez facio ⁊ faciam vt amputem occaſionẽ eorum q̇ volunt occaſionem vt in quo gloriant̃ tales inueniant̃ ſicut ⁊ nos. Aliqñ autẽ maleſacerent predicatores ſi laboribus manuum ſe implicarent.ſi.ſ. per laborem a predicatione retraherent̃. Un de glo. Luce.18. Cauendum eſt predicatori:ne dum occupatur mens ad temporalia minus ſpredicz eterna. Jō dicit augu· in ſepedicto libro. Quod apoſtolus dũ eſſet athenis vbi oportebat eũ quottidie predicare:non operabatur manibus: quod poſtea fecit veniens Corinthũ:vbi iudeis predicabat ſolo die ſabbati. Predicatoribꝰ enim non ſolum neceſſariũz eſt vt habeant tempus liberum ab occupationibus in quo predicent:ſed etiam in q̃ ſtudeant:cum non habeant ſcientiaz ex infuſione ſicut apoſtoli:ſed ꝯtinuo ſtudio. Unde dicit Grego. in paſtorali exponens illud exo·25. Uectes ſemper erunt in circulis ⁊c̃. Uectes inq̇t ſemper erunt in circulis:, q2 nimirum neceſſe eſt vt qui ad officium predicationis excubant: a ſacre lectionis ſtudio non recedant. Ad octauum dicendum ꝙ per actionem intelligitur ibi non ſolum opus manuale:ſed omnia que ad actiuam vitam pertinent Sollicitudo autem que exhibetur a predicatoribus circa eos qui predicãt ad actiuam vitam pertinet· Rationes in contrarium concedo. tamen vltima inducitur preter intentionem Gloſa.n. dicit ſecularia negocia eſſe que fiunt cauſa pecunie collgende ſine opere manuali:vt per mercationez ⁊ huiuſmodi:a quibus ſe debent ſerui dei penitus abſtinere·

Jncipit quolz octauũ ſcĩ Thome.

Questio noſtra circa tria verſatur. Primo circa ea que ptinent ad naturam. Scdo circa ea que pertinent ad culpam ⁊ gratiam· Tertio circa ea que pertinent ad penam vel gloriam. Circa primum querebatur. Primo de pertinentibus ad naturam increatam. Secundo de ptinentibus ad naturam creatã. Circa naturam ĩcreatam duo querebant̃ Primo an ſenarius numerus: ſecũdum quem omnes creature dicuntur eſſe perfecte:ſit creator vel creatura. Secundo de rõnibus idealibus: q̃ ſunt in mente diuina: vtrum p prius reſpiciunt exemplata: ſcilicet creaturas rõne ſue ſingularitatis uel ratione nature ſpecifice·

Articulus.primus.

AD pmũ ſic ꝓcedit̃. Ur̃ ꝙ ſenariꝰ p̃dicꝰ ſit creator. Remota.n.oĩ creatura pfectio nõ remanet niſi in creatore:ſz remota omni creatura facta ĩ operibꝰ ſex dierũ remanet pfectio ĩ numero ſenario Uñ dicit aug.4.ſuper gñ. ad litterã

Itaq; ſi iſta non eſſent. ſ. opera ſex dierum perfectus ille eſſet. ſ. ſenarius Niſi aūt ille perfectus eēt: iſta ẜʒ eū perfecta non fierēt. ḡ ſenarius numerus eſt creator. Sʒ dicebat ꝙ augu. loquit̄ de ſenario quātum ad ideam ſenarij que ē in mente diuina. Cōtra Sicut remotis omnibus creaturis remanet perfectio in idea ſenarij numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina. ergo in hoc nō haberet ſenarius numerus aliquam p̄eminentiaʒ ad lapidem. quod tamen videtur eſſe contra itētōem aug. Preterea illud qđ ē pmanēti⁹ omni creatura nō eſt creatū ẜ creator. Senari⁹ aūt numerus ē pmanēt or celo ⁊ terra: que tam̄ videt̄ eſſe pmanentiſſime creatur. vn̄ aug. dicit. 4. ſuper gn̄. ad lrām. Facilius eſt celum ⁊ terram tranſire que ẜm ſenarium numerum fabricata ſūt ꝙ effici poſſe vt ſenarius numer⁹ nō ſuis partib⁹ compleat̄. ḡ ſenari⁹ nō ē creatura ſed creator. Cōtra. creatoris perfectio nō cōſiſtit ex partibus; nec eſt in eo aliq id habens partes. Sed ſicut dicit augu. in eodem libro. Inuenimus ſenarium numerū eē pfectū ea rōne ꝙ ſuis partib⁹ ꝯpleatur ḡ ſenarius numerus non eſt creator ſed creatura. R° dō ꝙ ẜm auicēnā in ſua metha. triplex eſt alicui⁹ nature conſideratio. Una put ꝯſideratur ẜm eſſe quod habet in ſingularibus. ſicut natura lapidis in hoc lapide ⁊ ī illo lapide. Alia vero eſt conſideratio alicuius nature ẜm eſſe ſuū intelligibile. ſicut natura lapidis ꝯſiderat̄ prout eſt in intellectu. Tertia vero

eſt cōſideratio nature abſoluta prout abſtrahit ab vtroq; eſſe: ẜm quā conſideratione conſiderat̄ natura lapidis vel cuiuſcūq; alterius: quantū ad ea tantū que per ſe cōpetunt tali nature. Harū quidē triū cōſiderationuʒ due ſemper vniformiter eundē ordinē ſeruant. Prior eni eſt cōſideratio alicui⁹ nature abſoluta: ꝙ conſideratio eius ẜm eſſe qđ habet ī ſingularibus. Sʒ tertia conſideratio nature que eſt ẜm eſſe: quod habet in intellectu: nō ſemper habet eundem ordinem ad alias conſiderationes. Conſideratio enim nature ẜm eſſe quod habet in intellectu qui accipit a rebus ſequitur vtrāq; aliarū cōſiderationū. Hoc enim ordine ſcibile p̄cedit ſcientiā; ⁊ ſenſibile ſenſum. ſicut ⁊ mouens motum: ⁊ cauſa cauſarum. Sed cōſideratio nature ẜm eſſe quod habet in intellectu cauſante rē precedit alias duas conſiderationes. Cum enim intellectus artificis adinuenit aliquam formam artificiati; ipſa natura ſeu forma artificiati ī ſe cōſiderata eſt poſterior intellectu artificis. ⁊ p ꝯn̄s etiā archa ſēſibilis que talem formaʒ vel per ſpēm habet. Sicut autē ſe habet intellect⁹ artificis ad artificiata: ita ſe habet ītellectus diuin⁹ ad omnes creaturas. Unde vniuſcuiuſq; nature cauſate p̄ma cōſideratio ē ẜm ꝙ ē in intellectu diuino. Secunda ꝟo conſideratio eſt ipſius nature abſolute. Tertia ẜm ꝙ habet eſſe in rebus ipſis vel in mente angelica. Quarta ẜm eē quod habet ī intellectu noſtro. Et ideo Dio. dicit iz. c. de di. no. hunc ordinē aſſignans.

ꝙ primo inter omnia eſt ipſe ſubſtan
tificator rerū deus: poſtea ꝟo ipſa do
na dei que creaturis exhibēt: ⁊ vniuer
ſaliter ⁊ particulariter ꝯſiderata. vt ꝑ
ſe pulchritudinē per ſe vitā quaꝫ dicit
eſſe donum ex deo ꝓueniēs. i. ipſaꝫ na
turā vite: deinde ipſa participātia vni
uerſaliter ⁊ particulariter ꝯſiderata:
que ſunt res in quibus natura eſſe hꝫ
In his ergo illud quod ē prius ſemꝑ
eſt ratio poſterioris; ⁊ remoto poſteri
ori remanet prius. nō autem econuer
ſo. Et inde eſt ꝙ hoc competit natu-
re ſm abſolutam conſiderationem eſt
ratio quare competat nature alicui ſe
cundum eſſe quod habet in ſingulari
⁊ non econuerſo. Ideo enim ſortes
eſt rationalis quia homo eſt rationa-
lis. ⁊ non econuerſo. Vñ dato ꝙ Sor
tes ⁊ Plato non eſſent adhuc huma-
ne nature rationalitas cōpeteret. Si-
militer etiam intellectus diuinus eſt
ratio nature abſolute conſiderate ⁊ in
ſingularibus. ⁊ ipſa natura abſolute
conſiderata ⁊ in ſingularibus eſt ra-
tio intellectus humani ⁊ quodāmodo
menſura ipſius. Poſſunt ergo verba
Auguſti. intelligi de ſenario duplici
ter. Vno modo vt per ſenarium nu-
merum intelligatur ipſa natura ſena
rij abſolute: cui primo ⁊ per ſe compe-
tit perfectio: que quidem eſt ratio per-
fectionis eorum que ſenarium parti-
cipant. Vnde remotis omnibus que
ſenario perficiuntur: adhuc perfectio
nature ſenarij competit. ⁊ hoc modo ſe
narius nominat naturam creatam.
Alio modo poteſt intelligi ſenarius
ſm eſſe quod habet in intellectu diui-
no. ⁊ ſic eius perfectio eſt ratio perfe-
ctionis in creaturis inuente; que ſecū
dum ſenarium ſunt condite. quibꝰ etiā
remotis in predicto ſenario perfectio
remaneret. Sic autem ſenarius non
erit creatura; ſed ratio creature in crea
tore que eſt idea ſenarij. ⁊ eſt idem ſm
rem quod diuina eſſentia: ratione tm̄
differens. Ad primū ergo dicenduꝫ
ꝙ remotis omnibus creaturis q̄ ſunt
facte in ſenario dierū; non dicitur ꝙ
perfectio remaneat in ſenario nume-
ro quaſi ſenarius numerus aliquod
eſſe habeat in rerum natura; nulla
creatura exiſtente. Sed quia remoto
omni eſſe creato remanet abſoluta cō
ſideratio nature ſenarij: prout abſtra-
hit a quolibet eſſe. ⁊ ſic attribuitur ſi-
bi perfectio: ſicut remotis omnibꝰ ſin
gularibus hominibus adhuc remane
ret ratiōalitas attribuibilis humane
nature. Ad ſm dicendum ꝙ ſicut i
